tienerunt. vt incorporales conſtitute poſſint; vbiqz ſuis ius: ⁊ effectū corporalem oſtēdere. hec ibi. Patet igitur ꝙ lex eterna eſt prima: ⁊ ꝙ ab ea omnes alie dependent: ergo lex diuina eſt neceſſaria. ¶ Tertio lex diuina ⁊ eterna eſt neceſſaria ratione ſaluationis. Et ſanctus Doc. prima ſecūde .q. lxxxxi. articu. iiij. Quoniam ſi homo ordinaretur tantū ad finem: qui nō excederet proportionem naturalis facultatis hominis: non oporteret hominem habere aliquod directiuum ex parte rationis ſuper legem naturalem: ⁊ legem humanitus poſitam: que ab ea. ſ. lege diuina deriuatur: ſed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis eterne: que excedit proportionem naturalis facultatis humane. Ideo neceſſarium fuit: vt ſupra legem naturalem ⁊ humanam dirigeretur etiam ad ſuum finē: lege diuinitus data: hec ille. Et de hac lege ſcribit Lactantius libro. vij. de ira dei. c. viij. d. Curat hominum vitā deus ⁊ ſingulorum actus animaduertit: eoſqz ſapientes ac bonos eſſe deſiderat. Hec eſt voluntas dei ac diuina lex: quā qui ſequitur: qui obſeruat deo carus eſt: hec ille. Et cum contrariorum ſit eadē ratio: quia vt dicitur primo de anima. Rectum eſt iudex ſui ⁊ obliqui: ideo ſequitur: ꝙ neceſſaria ſit etiā lex diuina ad omnia delicta prohibenda: ⁊ punienda. Lex enim humana vt inquit Auguſtinus primo lib. de libero arbitrio. Nō poteſt omnia que male fiunt punire vel prohibere: quia dum auferre vellet omnia mala: ſequeretur ꝙ multa bona tollerentur: ⁊ impediretur vtilitas boni communis qđ eſt neceſſarium ad conſeruationem humanam: vt ergo nullum malum interius aut exterius improhibitum ⁊ impunitum remaneat neceſſarium fuit ſuperuenire legem diuinam: per quam omnia peccata interiora ⁊ exteriora prohibeantur. Hec ex ſancto Doc. prima ſecunde. q. nonageſimaprima. articulo quarto. De huius quoque legis diuine neceſſitate loquitur. Pſalmꝰ octauꝰ. Lex domini immaculata: ideſt nullam peccati turpitudinem permittens. Conuertens animas: quia non ſolum exteriores actus: ſed etiam interiores dirigit. Teſtimonium domini fidele: propter certitudinem veritatis ⁊ rectitudinis. Sapientiam preſtans paruulis inquātum ordinat hominem ad ſupernaturalem finem ⁊ diuinū. Hec ſancti Doctoris expoſitio.

Tertio principaliter legis diuine ɔtēplari debemus velocitatē: Diuina ⁊ eterna lex tria ab homine maxime depoſcit.

¶ Primū eſt fidei. Integritas.

¶ Secōm eſt ſpei. Firmitas.

¶ Tertiū ē caritatꝭ pfectibilitas.

¶ Primum igit̄ qđ lex eterna ⁊ diuina vult a nobis. ē fidei integritas. Jo. xiiij. Creditis in deū ⁊ in me credite. Hec aūt credulitas ⁊ integra fides duodecim ɔtinet miſteria. ſm̄ ꝙ duodecim ſunt cōcluſiones ⁊ articuli ſacratiſſime fidei chriſtiane: quoꝝ duodecim fuerūt pcones ſanctiſſimi. ſ. apl'i. Primꝰ nāqꝫ articulus eſt: quē poſuit Petrus apoſtoloꝝ princeps. d. Credo in deū patrē oipotentem creatorem celi ⁊ terre. Scđs articulus eſt: quē poſuit Johānes euāgeliſta. d. Et in ieſum xp̄m filiū eius vnicū dn̄m noſtꝝ. Tertius articulus eſt: quē poſuit Jacobus zebedei. d. Qui ɔceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex maria virgine.

Quartus articulus eſt: quē poſuit Andreas. d. Paſſus ſub pontio pilato: crucifixus: mortuꝰ: ⁊ ſepultus: Quintus articulus eſt: quem poſuit Thomas. d. Deſcendit ad inferos. Sextus articulus eſt: quē poſuit Bartholomeus. d. Tertia die reſurrexit a mortuis. Septimꝰ articulus eſt: quē poſuit Philippus. d. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexterā dei p̄ris oipotēt̄. Octauꝰ articulus eſt: quē poſuit Mathꝰ. d. Jnde venturus ē iudicare viuos ⁊ mortuos. Nonus articulus eſt: quē poſuit Jacobꝰ alphei. d. Credo in ſpm̄ ſanctū. Decimus articulus eſt: quē poſuit Simon. d. Et ſanctā eccleſiā catholicā. Undecimus articulus eſt: quē poſuit Thadeus. d. Sanctoꝝ cōmunionē: remiſſionē peccatoꝝ. Duodecimus articulus eſt: quē poſuit Mathias. d. Carnis reſurrectionē: vitam eternam. Amen. Unde Innocentius. iij. hanc fidei integritatē: ⁊ articuloꝝ neceſſitatē exprimēs extra de ſū. tri. ⁊ fi. catholica. c. i. ait. Firmiter credimus ⁊ ſimplr̄ confitemur. ꝙ vnus eſt ſolus verus deꝰ: eternus: imenſus: ⁊ incōmutabilis oipotens: ⁊ ineffabilis: pater filius ⁊ ſpūs ſanctus. Tres quidē pſone ſed vna eſſentia: ſubſtantia: ſeu natura: ſimplex oio. Pater a nullo: filius a patre ſolo: ac ſpūs ſanctus pariter ab vtroqꝫ: abſqꝫ initio ſemper ac fine. Pater generans: filius naſcens: ⁊ ſpūs ſanctus procedens: cōſubſtantiales ⁊ coequales: ⁊ cooipotentes: ⁊ coeterni. Uniuerſoꝝ principiū: creator oium viſibiliū: ⁊ inuiſibiliū: ſpūaliū. ⁊

corporaliũ. Qui ſua oipotenti vir tute ſimul ab initio tẽporis vtrãqʒ de nihilo condidit creaturã: ſpũalem ⁊ corporalẽ: angelicã vʒ ⁊ mũdanam. ac deinde humanã: q̃ſi cõmunẽ ex ſpũ ⁊ corpore ↄſtitutam. Et infra. Tandẽ vnigenitus dei filius xp̃s. coiter incarnatus ex maria ſemper virgine: ſpũs ſancti cooperatõe ↄceptus. verus hõ fact⁹ ex anima rõnali: ⁊ humana carne ↄpoſitus. vna in duabus naturis pſona. viã vite manifeſtius demonſtrauit. Qui ſm diuinitatẽ: imortalis ⁊ impaſſibilis. idẽ ipſe ſm humanitatẽ: fact⁹ eſt paſſibilis ⁊ mortalis. Qui etiam p ſalute humani generis: ⁊ in ligno crucis paſſus ⁊ mortuus deſcẽdit ad inferos. reſurrexit a mortuis: ⁊ aſcendit in celũ: ſed deſcendit in aia ⁊ reſurrexit in carne. Aſcendit pariter in vtroqʒ venturus in fine ſeculi iudicatur⁹ viuos ⁊ mortuos: ⁊ redditurus ſingulis ſm opera ſua: ſiue bona fuerint ſiue mala. illis cum diabolo penam perpetuam. ⁊ iſtis cum xp̃o gloriã ſempiternam. hec ibi.

¶ Scdm q lex eterna ⁊ diuina vult a nobis. eſt ſpei firmitas. Requirit enim ipſe deus vt totã ſpeʒ nr̃aʒ in eo ponamus. ⁊ nõ in creatura. Ait' enĩ Dauid ps. lxi. Sperate in eo ois congregatio populi: effundite coram illo corda veſtra. deus adiutor noſter ĩ eternũ. Vñ Juſtinianus impator. j. l. i. C. d' veteri iure enucleando. inquit. Deo auctore: noſtrũ gubernãte impiũ: qd̃ nobis a celeſti maieſtate traditum eſt: ⁊ bella feliciter pagimus: ⁊ pacẽ decoramus: ⁊ ſtatũ rei publice ſuſtentamus. Et ita noſtros aĩos ad dei oipotentis erigimus adiutoriũ: vt neqʒ armis ↄfidam⁹ neqʒ noſtris militibus: neqʒ bellorum ducibus: vel noſtro ingenio: ſed omnẽ ſpem ad ſolam referamus ſũme prouidentiã trinitatis. vnde ⁊ mundi totius elemẽta proceſſerunt: ⁊ eorum diſpoſitio in orbe terrarum producta eſt. hec ille.

¶ Tertium qd̃ lex eterna ⁊ diuina vult a nobis. eſt charitatis perfectibilitas. Requirit nempe de⁹ vt ipſum perfecte pre omnibus creaturis diligamus. Deut. x. Quid dñs deus petit a te: niſi vt diligas eũ: ac ſeruias domino deo tuo in toto corde tuo ⁊ in tota anima tua. Et Deut. xi. Ama itaqʒ dominũ deum tuum ⁊ obſerua p cepta eius. hec ille. Et huius igit dicem dilectionis ⁊ charitatis perfectionem ſũmam nobis inſinuat. Proſper in libro de vita contemplatiua. Et Gratianus in decretis de pe. d. ij. c. Charitas. vbi ſic inquit. Charitas eſt vt mihi videt: recta volũtas ab omnibus terre

nis ac pſentibus auerſa: iuncta ve
ro deo inſeparabiliter: ⁊ vnita igni
quodam ſpiritus ſancti: a quo eſt
⁊ ad quem r. fertur accenſa: inqui
namenti omnis extranea: corrupti
onis neſcia: nulli viti mutabilita-
tis obnoxia: ſuper omnia que car
naliter diliguntur excelſa: afflictio
num omnium potentiſſima: diuine
contemplationis auia: in omnibꝰ
ſemper inuicta: ſumma actionū bo
narū: ſalus morientis celeſtiū
preceptorum: mors criminum: vi-
ta virtutum: virtus pugnantium:
palma victorum: anima ſanctarū
mentiū: cauſa meritorū bonorū:
premium perfectorum: ſine qua nul
lus placuit deo: cū qua nec potuit
aliquis peccare nec perire: fructuo
ſa in penitentibus: leta in proficien
tibus: glorioſa in perſeuerantibus
victorioſa i martiribus: operoſa in
omnibus fidelibus. ⁊ qua quic-
quid eſt boni operis viuit. hec ille.
Conetur igitur quiſq; huic diuine
legi corde: ore: ⁊ opere conſentiꝰ
hic per gratiam. ⁊ i futuro p glo
riam. Amen.

Feria ſcd̄a. in quiquageſima:
De ludo alearū: ſmo v.

Poſtq̄ flagellaue-
rint occident eum.
Luc. xviij. Errauē
runt nōnulli vehe
mēter exiſtimātes
⁊ ſecum falſo reputantes: tempo
ris āmiſſionem nullum eſſe pecca
tum. Contra quos Bernardus
ait. Omne tempus nobis impenſū
requiret a nobis: q̄liter ſit expēſū.
Ideo Hiere. ſuam deflens inſeli
citatem: lacrimabili voce dicebat.
Uocauit aduerſum me: tempꝰ ve
ro luſoribus non incongrue acco
modari poteſt: contra quos in no
uiſſimo die aduocabitur tempus.
Hoc nāq; contēptores: ſpretoq; ſacro
rū dierū cultu: cū iactura ſpiritua
lis tēporaliſq; ſubſtātie circa deteſtabi
le ludi parū: tēpus p̄cioſum in va
nū expendunt. Et chriſtū flagellan
tes: iterum cū perfidis iudeis oc
cidunt. Et q: ludus eſt quodāmō
fons: principiū ⁊ origo vniuerſo
rum. Idcirco de eo hodierna die
locuturus tria principaliter decla
rabo.

Primo. Grauationem.
Scd̄o. Participatōem.
Tertio. Reſtitutōem.

Primo ludi alee ſeu fortune cō
ſiderare debemus grauationem.
tam graue ⁊ horrendum viciū eſt:
vt iſta concluſio ponatur. extracta
a. ſ. Doc. in ſcd̄a ſcd̄e. q. clxviij. ar.

tertie. Ludus alee ſeu fortune inte
tus propter cupiditatem ⁊ auari-
tiam in notabile damnũ proximi ē
peccatum mortale. qḋ triplici ra-
tione probatur.
¶ Primo rõne ꝓhibitionis.
¶ Sc̃do rõne tranſgreſſionis.
¶ Tertio rõne punitionis.
¶ Primo ꝓbatur ratione prohi
bitionis ſic. Illud qḋ prohibetur
preceptorie per legem ciuilem ⁊ ca
nonicam: eſt peccatum mortale. ſꝫ
talis ludus prohibetur preceptorie
per legem ciuilem ⁊ canonicam.
Nam lex ciuilis precipit vt nullus
alterum ledat: vt patet. ff. De iuſti
cia ⁊ iure. l. iuſticia. Luſor autem
totis viribus conatur proximuꝫ le
dere. adeo vt ſi poſſet vſqꝫ ad ca-
miſiam euꝫ ſpoliaret. Quapropter
ius ciuile ſpecialiter inuehit contra
huiuſmodi effrenatos luſores: pro
hibens ne quis alee ⁊ fortune ſtu-
deat ludo: vt habetur. ff. de aleato-
ribus per totum. In autentica de
ſanctiſſimis epiſcopis. parapho.
Interdicimus. Per legem cano-
nicam. extra. De vita ⁊ honeſta-
te clericorum: vbi dicitur. Ad ale-
as vel taxillos non ludant: nec hu
iuſmodi ludis interſint. Et q̃uis
capitulum loquatur de clericis:
tamen ⁊ laicis prohibetur. vnde
ibi vacat argumentum a cõtrario
ſenſu. quia alibi non ſolum clericis
ſed etiam laicis prohibetur: vt pa
tet. d. xxxv. c. i. Leges enim huma
ne: ſi iuſte ſunt: obligant in foro cõ
ſcientie: vt declarat. S. Tho. prima
ſc̃de. q. lxxxvj. ar. quarto. Ita qꝫ
non obſeruantes eas ſunt in ſtatu
damnationis: patet per Auguſti-
num ad Bonifacium. Et in decre
tis. d. ix. Imperatores: vbi dicitur.
Quicunqꝫ legibus imperatorum
que pro dei veritate feruntur ob-
temperare non vult acquirit gran
de ſupplicium. hec ille. Et extra.
De maioritate ⁊ obedientia. capi
tulo ſc̃do. Et capitulo. Solite. dici
tur. Qui non obedierit principi:
morte moriatur. ergo ludus taxil-
lorum qui ex cupiditate principa-
liter ⁊ in notabile damnum proxi
mi fit: eſt peccatum mortale.
¶ Secundo probatur ludum pre
dictum eſſe peccatum mortale: ra
tione tranſgreſſionis: ſic. Quicun
qꝫ tranſgreditur aliquod prece-
ptum diuine legis. peccat vtiqꝫ
mortaliter. Sed talis luſor tranſ-
greditur nedum vnum preceptuꝫ
diuinum. ſ. Non concupiſces rem
proximi tui: ſed qḋ grauius eſt
omnia precepta legalia tranſgre-
ditur ⁊ conculcat: ergo ludus alee
⁊ cartarum eſt peccatum mor-
tale. Qḋ autẽ luſor tranſgrediat
omnia precepta dei: pꝫ diſcurrẽ-
do ſingula. Primo tranſgreditur

primum preceptum. De adoratio ne & veneratione ac dilectiõe vni us dei. Colit enim luſor duos vel tres taxillos. Colit ymagines & figuras creaturarum. Has iſta deo preponit: vnde glo. ſup illud apo ſtoli. Quorum deus venter ē. dicit. Hoc enim ab homine colit: qđ pre ceteris diligitur. Subicit enim ſe luſor iuriſditioni taxillorum: illis obedit: illos veneratur: adeo vt taxillos innoluat ſerico: & odore perfuſo: apud cor in burſa retine- at: illos oſculat: illis ſe cõmendat. Et ſic maledictus luſor efficit ydo latra peſſimus: quod eſt peccatum maximum. Peccant ſecũdo con- tra ſecundũ preceptum: quod eſt Non aſſumes nomen dei tui in vanum. Proprium eſt vtiq3 luſo rum mendatijs vti: & ſe periurijs armare: dum vnus affirmat: ſua puncta apparuiſſe. ali9 negat: vn9 dicit vnũ. alius aliud. In vanum certe nomen dei aſſumunt: & qđ ſceleſtius eſt: non deſinunt maledi cta contra ipſum deũ: contra bea- tam virginem: contra ſanctos pro ferre: blaſphemant & abnegant fi dem: baptiſmum: euangelium: cru cifixum. Et quid aliud eſt barata- ria niſi fons omnium blaſphemia rum: maledictionum & abnegatio num? Et quid eſt barataria niſi be charia in qua luſores agnum dei chriſtum aggrediuntur: etiam cum armis ac pugnis ymaginem eius ac virginis marie feriunt? Quid peius referam. Deo omnipoten- ti ſichas faciunt: ſputũ: ſtrident cõ tra ipſum: quem proditorem ap- pellant: & matrem eius meretricē. Contra tertium preceptum pec- cant nephãdi luſores. Nã quã- to ſunt maiora feſta: tanto libenti9 ſuis baratarijs ea polluunt: & ma xime ſacratiſſima feſta natalis do mini noſtri ieſu chriſti. In quib9 pater eternus pro noſtra ſalute na ſci voluit filium ſuum in hunc mũ dum. Maledicti vero luſores in vituperium tante feſtiuitatis & cõ tẽptum tantorum myſteriorum: di es & noctes ducunt inſomnes: dia bolicis vacantes ludis: immemores effecti tantorum beneficiorum. O grande peccatum. O celum quo- modo non abſcondis faciem tu- am a nobis? O ſol quomodo nõ trahis lumen tuum? O terra quo modo nõ contremiſcis? O hoĩes pij & iuſti quomodo non fletis in tam execranda iniuria creatoris? Naſcitur chriſtus paruulus. pau per. lugens in preſepio pro ſalute hominum. & ecce blaſphematur in ludo. Hoc eſt quod faciunt lu- ſores in agendo gratias deo pro beneficio. Contra quartum prece ptum peccant luſores: quia nõ ho

noꝛant patrem neq̄ꝫ matrem. imo
eos ſpernunt ⁊ vituperant. Effici
untur erga eos duri ⁊ obſtinatiſ-
ſimi. Non acquieſcunt eoꝛum ad
monitionibus. Non verentur eo
rum cōfeſſoꝛes: neqꝫ religioſos
ceteros. Et quod longe hoꝛribiliꝰ
eſt: cum aliquā do perdiderint. cla
mant contra parentes: iponunt ſu
per eos manꝰ ſacrilegas: maledi-
cunt hoꝛe conceptionis: ⁊ partus
maledicunt vberibus matris: ma
ledicunt animabus: coꝛpoꝛibꝰ pa-
rentum: auoꝝ ⁊ pꝛoauoꝝ. O peſ
ſimi filij. O dānatiſſimi filij: quis
liberabit vos a gladio iuſtiſſimi
dei? Contra quintum pꝛeceptum
peccāt luſoꝛes: q: inter eos oboꝛi
unt iurgia: cōtumelie: et lites: arma
capiunt: ſe feriunt: mutilant: occi-
dunt. ſicut accidit Verone ſupioꝛi
anno. Unus enim luſoꝛ pꝛo poſta
vnius ſolidi fuit occiſus ab altero
luſoꝛe. Minant filijs quottidie ⁊
vxoꝛi. Heu miſera vxoꝛ quotiēs
reuertitur maritus luſoꝛ ⁊ ſpurciſ
ſimis verbis eam aggreditur: irruit ⁊
ipetit vt leo rugiens: occidit pꝛo-
pterea parentes. vicinos. amicos.
pꝛoximos. lig̃ua ſua venenatiſſima
murmurando. detrahendo. ſuſur-
rando. ⁊ alioꝝ famā extinguēdo.
Contra ſextū pꝛeceptum peccant
luſoꝛes. Nā qui ſunt dediti ludo
q̄n nō habent ad ludēdū furantur

rapiunt. ⁊ depꝛedantur. vel a pa-
rentibus occulte accipiendo: vel a
vicinis. vel a magiſtris: ſi in exerci
tijs ſunt artiū mechanicarum: au
ferunt ab vxoꝛibus iocalia. mani-
cas. coꝛigias: ⁊ veſtes: ⁊ ponunt
pꝛo pignoꝛe. ſubtrahūt neceſſaria
familie ſue. permittunt ſuos moꝛi
fame: ⁊ ſepe in tantam dementiā
veniunt luſoꝛes vt pꝛopꝛias vxo-
res vendant. ⁊ aliquando ſeipſos
ſpoliant. alienant omnia vſqꝫ ad
bꝛachas. Contra ſeptimum pꝛece
ptum peccant luſoꝛes. Tales enim
vt plurimū ſunt laſciui: carnales
molles. luxurioſi. ſodomite: mere-
tricatoꝛes. Nec mirum. Nam ta-
les ſunt gule dediti. papatoꝛes. in-
gurgitatoꝛes. ebꝛioſi. Nunquam
ieiunant etiam in die veneris ſan
cti. Exinde oꝛiuntur cogitationes
laſciue. verba impudica: ⁊ inumie
rabiles actus beſtiales. Contra
octauum pꝛeceptum peccant lu-
ſoꝛes teſtificando falſe. Unus enim
luſoꝛ iniuſte defendit alium: ⁊ ex
hoc nullus eis credit. nullus fidem
adhibet. omnes eos fugiunt. nul-
lus de eis cōfidit. nullus eos vult
pꝛo teſtibus: quia ſunt infames ⁊
teſtificari non poſſunt. Oſtendun
tur digito: ⁊ merito: quia ab omni
veritate ſunt alieni. Contra deci-
mum pꝛeceptum peccant luſoꝛes:
quia ex quo ocioſi ſunt: non labo

rantes non acquirentes ſua industria res alienas deſiderant: et per phas et nephas eas vellent habere. Et quis poſſet o deus enarrare diluuium peccatorū: abhominationum: et offenſionum luſorꝫ. Et quis poſſet explicare inconuenientia que inde ſequūtur? Audi Baſiliū in exameron. Jocus remiſſam efficit animam et inutilē: dei precepta impedit: nec delicta ſua poteſt ad memoriam reuocare: ſed obliuiſcens eorum nec ſe inſtigat ad penitentiam: et ita paulatim omnibus bonis priuatur: h ille. Talem enim ludum etiam pagani abhominantur. Unde Tullius in primo de officijs. Unum genus iocandi eſt illiberale: petulans: flagitioſum: obſcenum. h ille. Quid turpius dicemus contra peſſimos luſores? Sunt enim corruptores ciuitatum et rerū publicarum: ſunt deuiatores iuuenum: ſunt confuſores parentele: ſunt totius vite humane ſcandalum: ſunt dyabolici incarnati: ſunt ſentina et cloacha omnium ſetorum et criminum. Jn eis regnat peccatum ſuperbie. in eis regnat peccatum inuidie. in eis regnat peccatum luxurie. in eis regnat peccatum ire. in eis regnat peccatum gule. in eis regnat peccatum accidie. in eis regnat dyabolus huius ſceleris inuentor ac fautor. Et ideo Chriſo. Non deus ſed dyabolus dat ludere. Et Cyprianus in epiſtola contra aleatores: que incipit. Magna nobis dedit. Alee tabula ē dyaboli laqueus manifeſtius. venenum letale: ſerpentis dyaboli malum et delectatio: vulnus inſanabile: vbi dyabolus preſto eſt: et ad capiendum ſubmiſſus: et cum ceperit: de captiuo triūphat: vbi dementie furia: venale periurium et colloquium ſerpentium: rabioſa amicitia: atrociſſimi ſceleris inhumanitas et fraternitas diſcordans Jllic cōuitia et audatia ſceua: mēs inſana: ac ferina impatientia: ibi poſſeſſionum amiſſio: et pecuniarum ingentium perditio. demonſtratio litigiorum et furens demētia. h ille. Et ibidem. Chriſtianus qui alea ludit dyabolo immolans: auctoris manus polluit. Chriſtianus quicūqꝫ es et alea ludis. hoc primo in loco ſcire debes quia nō es chriſtianus ſed ethnicus: et dominicum preceptum in vanum ſumis. h ille. Et quis dubitat iam qꝫ ludus ſit peccatū mortale? ¶ Tertio probatur ludum eſſe peccatum mortale ratione punitionis ſic. Nullus punitur in hoc mundo et in alio penis maximis ab eccleſia et a deo eius ſponſo niſi pro peccato mortali: ſed proditores lu

ſores maximis puniuntur penis. ab eccleſia ⁊ a deo hic ⁊ in futuro ergo talis ludus eſt peccatū mortaliſſimum. Nam eccleſia ſancta luſores deponit ⁊ eos excommunicari precipit. vt patet in decretis. diſtin. xxxv. c. epiſcopus: vbi ſic dicitur. Epiſcopus aut preſbyter: aut dyaconus: alee aut ebrietati deſeruiens: aut deſinat aut certe damnetur .i. deponatur. Subdiaconus autem: aut lector: aut cantor ſimilia faciens: aut deſinat aut communione priuetur: ſimiliter ⁊ laicus. hec ille. Ergo tales peccant mortaliter. Debent tamen primo moneri: ⁊ ſi non ſe correxerint: tūc ſunt excommunicandi. Excōmunicatio autem non infertur niſi pro peccato mortali: vt ſ. Doc. iiij. ſenten. diſtin. xviij. q. ij. ar. primo. ergo talis ludus eſt peccatum mortale. Aduertendum tamen ꝙ ludere ad fortunam quid modicum: vt pueri faciunt: vel ob recreationem moderate. non videtur mortale. vnde ff. de aleatoribus. l. fi. dicitur. Quod in conuiuio. veſcendi cauſa. ponitur: in cauſa rem ludere familiam permittitur. Et hoc etiam videtur innuere textus capituli illius ex modo loquendi. dicit enim deſeruiens: quod denotat frequentiam idest valde ⁊ frequenter deditus ludo: quod fit communiter ex cupiditate. vis vlterius audire ꝙ̄ graue: ꝙ̄ ponderoſum: ꝙ̄ horribile: ꝙ̄ odibile ſit coram iuſtiſſimo deo: Deus profecto iuſtiſſimus in hoc mundo ſeueriſſime punit luſores. Nam aliquando oculi luſorum ceciderunt ſuper menſam luſoriam: aliquando vexati ſunt terribiliter a demone: aliquando os eorum inuerſum ē ad partem poſteriorem: aliquando fulgure percuſſi. Recitat enim: vt cetera taceam: beatus Guilelmus paraldus ordinis predicatorum in ſumma ſua. Qđ dum quidam luſor ludendo iuraret per oculos dei: continuo eius oculus ex capite exiens coram omnibus ſuper menſam luſoriam cecidit. Refert etiam de quodam ſagittario: qui ludens perdiderat: vnde repletus ira: contra deum: verſus celum ſagittam emiſit. Sequenti autem die. eadem hora. dum predictus luderet. omnibus videntibus. in medio ludentium. cecidit e celo eadem ſagitta ſanguinolenta.

Punit inſuper iuſtiſſimus deus maledictos luſores in alio mūdo: quia eternaliter eos cum centū milia dyabolis in ignem eternū trāſmittit. Legit' enī ꝙ i Suſacra ciuitate: dyoceſis colonien-

ſor:miles quidã Themo nomine: ſic deditus fuit ludo taxillorum vt die ac nocte ſemper paratus eſſet ludere. Nam in ludo fortunatiſſimus erat ⁊ multoꝝ marſupia vacuabat. Nocte vero quadã: demõ in ſpecie humana vt cũ eo luderet domũ illius intrauit. Habens ſacculum nummis plenũ: ⁊ diu ambo luſerunt. Cum aũt demon vinceret ⁊ militi pecunia deficeret: iratus dixit. Numquid dyabolus es tu? Et ille. Nunc ſatis eſt. Appropinquat enim tempus matutinale: oportet nos ire: tollenſqꝫ illũ per tectum traxit. Eius vero viſcera: tegulis retrahentibus miſerabiliter excuſſit. Et quid d̃ corpore luſoris actũ ſit. vſqꝫ hodie ignorat. Mane reliquie viſcerum tegulis inherentes reperte ſunt. O maledicte luſor. O dyabolica creatura. O pdite in corpore ⁊ in anima: expecta vindictã dei. Expecta fulgur d̃ celo. Eſt impoſſibile ꝙ deus non puniat te. Immo teipſum punies deo permittente. Quot luſores ſe ipſos necauerũt. Quot ſeipſos ſuſpenderũt? Quot ſe proiecerunt in fluuio? Quot ſunt a dyabolo ſuffocati. Quot in corpore ⁊ anima perierũt ⁊ in inferno ſepulti ſunt? Ecce ergo grauitas tam mortaliſſimi ⁊ nephãdiſſimi ſceleris: tribus clariſſimis rõibus declarata.

Secũdo principaliter ludi alee ſiue fortune conſiderare debemus participationem. Duodecim ſunt genera participantiũ in ludo. Et hi oẽs grauiter peccant: ⁊ aliqui hoꝝ aliquãdo moriũtur ſicut intelliges. ¶ Primi ac p̃ncipales participantes in ludo ſunt ipſi luſores. Nam omnis ludus vbi pecunia perditur: prohibitus eſt. vt pꝫ. ff. d̃ aleatoribus. l. ſolent. paraphꝰ. prio vbicũqꝫ talis ludus fiat: ſiue publice ſiue priuatim. Et aleatores dicuntur: qui ludos aleaꝝ apud ſe retinent. cauſa lucrandi: ſicut ⁊ caupones dicuntur: qui cauponam ⁊ ſtabulũ exercẽt. ff. naute: caupones: ſtabularij. l. i. cauponis. Et hi luſores mortaliter peccant. ¶ Secũdi participantes in ludo ſunt faciẽtes vendẽtes aleas: taxillos: ⁊ cartas: ſiue alia inſtrumẽta: quibus ludus fortune exercetur. Et ꝙ vt in pluribus homines vtuntur huiuſmõi ad peccatum mortale propter auariciam. Ideo tales non videntur poſſe excuſari a peccato mortali. Unde nec abſoluendi ſunt niſi talia dimittant. Augu. de pe. di. v. c. falſas. c. negotium. Et. c. fratres. Uul. etiam dicit ꝙ non eſt ſecurum de talibus viuere: quorum vſus eſt vt frequentius ad pecca-

 

tum. Idem de vendentibus oſſa vel alia ex quibus fiunt taxilli & carte & huiuſmodi. Hi enim efficacē cauſam prebent auaricie: blaſphemie: & innumerabilib⁹ malis. Similes enim ſunt ei qui ſtudioſe dat gladium ad aliquē occidendum.

¶ Tertij pticipantes in ludo ſunt qui ludentibus ſcienter concedunt baratarias: cantaras: vel domos ad ludendum. ff. de adulterijs. l. Qui domū. verum ſi nō ↄſtat de ludo: q: ignorant: nō tenētur. vt habetur in autenticis. De eccleſiaſticis titulis parapho. Siquis in ſuā domū. Et. ff. d publicanis. l. cotem ferro pharaphoꝺñs. Et. ff de actio. & obligatōib⁹. l. Ex maleficijs. parapho. vniuerſi. Et tales ↄcedētes domos ſunt priuati actione iniuriarum q̄s ſubierunt vel ali [illegible] vt p3. ff. de aleatoribus. l. i. Et ſm Azonē intelligitur de illis qui conſueti ſunt retinere huiuſmō: luſores: ſui emolumēti cauſa. Et hi mortaliter peccant. ¶ Quarti participantes in ludo: ſunt qui ſtant ſup ludo inſpicientes. Nam ꝓhibitū eſt ludētes inſpicere ꝑpter multa peccata que inde eueniunt. C. de epis & cleri. autētica. interdicimus. Et extra de vita & hōeſtate dericoꝝ. c. clerici. Hi. n. ſi ꝑpter coꝝ inſpectōem: ſūt cauſa talis ludi: vel habent ibi aliquā inordinatā affectōem que ſit contra dei preceptū: & in proximi dāpnū notabile: mortaliter peccāt.

¶ Quinti participantes in ludo ſunt rectores: iudices: preſidentes: vel officiales: qui ex officio vel iuramento tenentur: nō ꝓuidentes. Eoꝝ. n. officiū eſt ꝓuidere ne illicita fiant in territorijs ſuis. ff. de officio preſidis. l. Congruet. Et. l. Illicitas exactiones. hi grauit peccāt.

¶ Sexti in ludo pticipantes: ſunt nō corrigentes aut punientes maledictos luſores. Nā maleficiū non debet eſſe impunitū. ff. ad legē aqliam. Ita vulneratus. h iacet ſuper ↄſciam rectoꝝ & officialiū. ¶ Septimi pticipantes in ludo ſunt mutuātes pecuniā ludētibus vel conſentientes. Tales n. participes ſunt i [illegible] & [illegible] pena ↄſtringit. ij. q. i. c. Notum. hi grauiter peccant. ¶ Octaui participantes in ludo ſunt accomodantes vel dantes taxillos aleas vel tabulerium: vel cartas. Non enim debent huiuſmodi illicita accomodari. Inſtitutā de obligatōibus q̄ ex delicto naſcunt. parapho. opē. hi grauiter peccant. ¶ Noni participantes ſunt inſtigantes rogantes & aliter fauentes ad ludum. ff. de aleatoribus. l. is cuius. ¶ Decimi participantes in ludo ſunt dantes pecuniam luſoribus vt. nomie

ſuis ludant. Participant quidē: q:
qui per aliū facit: ꝑ ſeipſum facere
videt. ff. de adminiſtratione tutele
.l. Si ita m̄. parapho. Geſſiſſe. Et
.l. tres tutores. parapho. Nō ſolū.
Et hi mortaliter peccant. ¶ Un
decimi participātes ſunt parētes:
q̄ nō prohibēt filios vel nepotes:
aut eos de quibus curam habent.
Sciūt frequētare tabernas ⁊ ma
las ſocietates ⁊ non curant: vtiq̄ꝫ
participant: quia ad Ro. i. Digni
ſunt morte nō ſolum qui faciunt: ſꝫ
qui faciētibus ꝯſentiunt. Nec ex-
cuſant parentes ſi ꝓpter minas
vel perturbatiōes filioꝝ dant eis
vnde ludant. Et hi ſimiliter pec-
cant. ¶ Duodecimi participātes
in ludo ſunt ꝯſumptores dānabili
ter acquiſitarum ex ludo: vt cōpa
gnoni: qui de ꝯuiuijs luſoꝝ come
dunt: vt vxores ⁊ filij ⁊ reliqua fa
milia ſuſtentans ſe de huiuſmodi
illicitis: quos iſti de dāno alieno par
ticipant: ⁊ ideo peccant. O quot
ſcelera. O quot peccata. O quot
ribaldarie. O quot turpiſſimi act⁹
oriunt ⁊ procedūt a maledictis ba
ratarijs a beſtialiſſimis ludis a tur
piſſimis iocis. Ideo tales merito
ſunt fugiendi: deſerendi: imo extir
pandi: immo a patria expellendi
tanq̄ꝫ deſtructores omnium morū
oīum virtutū. Ipſi enim ſunt fetu
lētiſſimi ⁊ ſulphurrei putei: ⁊ oīuꝫ
peccatorum: omnium vitiorum:
omniumq̄ꝫ dei ⁊ proximi offenſi
onuꝫ: Caſtigate igitur filios o pa
tres: nec ſinatis eos inter luſores
conuerſari: vt gloriari poſſint cuꝫ
timorata ⁊ ſancta anima. Tobie
iij. ſic dicente. Nunq̄ꝫ cum luden
tibus miſcui me: neq̄ꝫ cum his q̄
in circuitu ambulant participem
me prebui. Ad alia nāq̄ꝫ ſtudia ⁊
ad alia exercitia: ad alia laudabilia
opera nati ſumus. Unde Tulius
q̄uīuis paganus in primo de offi
cijs ait. Neq̄ꝫ enim ita a natura
generati ſimus vt ad ludum ⁊ io
cum facti eſſe videamur: ſed ad ſe
ueritatem potius ⁊ ad quedaꝫ ſtu
dia grauiora atq̄ꝫ maiora. h. ille.
O peſſimi luſores. O iniquiſſimi
luſorum participatores: vos certe
eſtis illi fidei aduerſarij de quib⁹
dicitur Sap. xv. Eſtimauerunt lu
dum eſſe vitam noſtram. Uos
eſtis illi dei inimici de quibus di-
citur. Exo. xxxij. Sedit populus
manducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexe-
runt ludere.

Tertio principaliter
ludi fortune conſi-
derare debem⁹ re
ſtitutionem. Tene-
tur enim miſer lu-
ſor poſt tantas dei offenſiones in
aliq̄b⁹ caſib⁹ ēt lucra reſtituere. ⁊
p̄rio reſtituer̄ tenēt q̄ vicerūt ab

his qui non poſſunt alienare: qꝛ illicitum eſt: ⁊ contra ius diuinuꝫ lucrari: quod eſt alienum vt dicit ſ. Doc. xxij. q. xxxiij. ar. vij. Et in .iiij. ſeñ. di. xv. ar. iiij. Ideo qui talibꝰ vicit: tenetur ad reſtitutioné. Et hꝫ addit Raymundus ꝙ tales ſunt furioſi: pꝛodigi. minoꝛes. xxv. annoꝛum: ⁊ maxime pupilli. Item mente capti: ſurdi: muti: ceci: ⁊ qui moꝛbo perpetuo laboꝛant: quia tales rebus ſupereſſe non poſſunt. Idem de ſeruis: de religioſis: de filijſfamilias: qui non habent peculium caſtrenſe: vel quaſi caſtrenſe. Idé de vxoꝛe que nó habet parafrenalia. Idem de adminiſtratoꝛe rerum eccleſiaſticarum que pauperum ſunt. Qui ergo talibꝰ vicerit: reſtituere tenetur: non dico illi qui perdidit: ſed tutoꝛi: curatoꝛi: patri: marito: domino: monaſterio: ſiue eccleſie. ¶ Secũdo tenetur reſtituere quicunqꝫ traxerit aliquem ad ludum ſm. ſ. Doc. Et nota ꝙ illa attractio large intelligenda eſt. ſ. quocunqꝫ modo verbis vel factis induxit eum: cuꝫ ille alias non eſſet luſurus. Idem ſi illú induxit ſiue in pͥncipio ſiue i medio ludi: cú ille vellet deſiſtere ſꝫ Azo. ¶ Tertio tenent̃ reſtituer̃ qui frauduléter ludunt ſm. ſ. tho. Intellige ſiue luſoꝛ cómiſit fraudé ante: puta qꝛ ſingebat ſe quaſi inſcium de ludo. ſicut barri faciunt. vel fingebat ſe ſicut hoiem qui decipi poſſet. cũ tamé decipere intéderet ſiue ꝯmiſit fraudé in ipſo ludo: vt ſubmittendo taxillos falſos: vel etiam vos: male ⁊ fraudoloſe iactando taxillos: vel cartas ꝯmiſcédo: ſeu mendaciter dicendo ꝙ habet tot puncta: vel ꝙ obtinuit: ſeu male pecunias numerádo fraudauit. ¶ Quarto tenet̃ ad reſtitutioneꝫ qui vincunt ꝯtra pꝛohibitóem legis ciuilis. Ius quidé ciuile nó obligat omnes ſed ſolú ſubiectos huiuſmodi legibus. tenent̃ dico: niſi per diſſuetudiné ſit abꝛogatũ. In reliquis aũt caſibus non tenentur reſtituere: niſi ꝙ ex cóſilio qđ vincitur dandú eſſet pauperibus. qꝛ é turpe lucrum. nó tamen de neceſſitate: nec tales vt dicit beatus Antoninus cogédi ſunt ad reſtitutóeꝫ: qui nó debent in caſibus reſtituere. Sed quid de illis qui vincunt ludendo ad pilam: haſtam: iaculú: baliſtam: ſchachos: iaciendo: currendo: luctádo: vl' pugnádo: Reſpondet. ſ. Tho. Tales nó tenétur ad reſtitutóem: qꝛ huiuſmói ludi ſunt cá virtutis coꝛpalis exercéde. ff. de aleatoꝛibus. l. ij. dúmó fraus ibi nó ꝯmittat̃. Ne igit̃ cãm in futurum habeatis reuertendi ad tã pꝛohibitos ⁊ ſceleratos actus: ne participes ſitis tantoꝛum maloꝝ

ne amplius ſitis excẽplar male vi-
te: ne glorioſus deus offendat: ne
dyabolus teneat vos ſuffocatos:
cõburite taxillos: comburite tabu
leria: cõburite cartas: comburite
cetera inſtrumenta. quibus ludus
fortune exercetur: vt ſicut deus ⁊
ſancti fuerũt ꝑ vos luſores offenſi
⁊ vituperati: ita nũc veſtra emen-
datione ⁊ correctione ipſe deꝰ gau
deat ⁊ letetur. dyabolus ꝯfundat
⁊ ꝓximus edificetur: ac vera ⁊ in
tegra penitentia per vos agatur.
Quã emendationẽ vobis conce
dat benigniſſimus deus qui ẽ be
nedictus: in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

¶ Feria ſcḋa. q̄nquageſime. De
choreis. Sermo. vi.

Poſtꝗ̄ flagellaue-
rint occident eum.
Luc. xviij. Si miſe
ri mortales cogita-
rent ⁊ mente reuol
uerent penas ⁊ ſupplicia a iuſtiſſi
mo deo male viuentibus ꝑpara-
ta: ꝑfecto ſceleribus cunctis dere
lictis: ad delectabilem virtutis tra
mitẽ ſeſe traducerẽt: attẽta ꝑcipue
tꝑis: ⁊ vite p̄ñtis breuitate: q̄ nimi
rũ velut fumus preterit ⁊ vmbra.
Sed heu miſeri ſunt peccatores:
q: ꝓ modica voluptate terrena: fe
lici ſemꝑ beatoq; regno ſe priuant
occupãdo ſemetipſos diuerſis va
nitatibus: ⁊ ſingulariter ſacrilego
choreaꝝ vitio: cũ riſus: vt ſapiẽs
inquit: dolore miſcebit. ⁊ extrẽma
gaudij luctus occupat. Hi nimirũ
diuino lumine ꝑuati: iuſto iudicio
dei. ceci efficiunt: ⁊ i tenebris pec
catoꝝ ambulantes. cũ nephãdiſſi
mis luſoribus: de quibus heri di-
ximus: xp̄m ꝯtẽnunt: irridẽt fla-
gellant ac deniũ vt inquiũt ꝓpoſi
ta verba: poſtꝗ̄ flagellauerunt: va
nas ⁊ ſacrilegas choreas deducẽ
do crucifigunt. De quibus h̄ ma
ne tria ꝯtemplabimur.
¶ Primo. Grauatõem.
¶ Scḋo. Malignatõem.
¶ Tertio. Punitõem.
¶ Primo circa choreas ꝯſidera
re debemus grauatõez: ſm. d. Al
bertũ magnũ. i ij. ſeñ. di. xvi. Cho
ree poſſunt licite ⁊ illicite fieri. de
illicitis ait ipſe. d. Albertus. Puto
ꝙ quinq; ꝯcurrẽtibus chorea nõ
ſit reprehenſibilis. Primo ſi fiat
tempore debito. ſ. tꝑe gaudij: vel
tempore victorie: aut liberation s
hoïs: vel in aduentu amici: ex ter-
ra longinqua. Scḋo ſi fiat cũ ho-
neſtis perſonis. de quibus non ſit
mali ꝑſumptio: vt cũ lechatoribꝰ
vel lechatricibus. Tertio ſi fiat a ꝑ
ſonis ſecularibꝰ. Nã monialibꝰ:
monachis. ⁊ clericis: puto omnez
choream eſſe illicitã: q: in alijs de
bent occupari. Quarto ſi honeſto
modo fiat non geſticulatõibus. ni

mis inhoneſtis vel inordinatis. Quimo ſi cantus vel muſica exercitatus in his non ſit de illicitis. ſed de morib9 vel de deo: de melodia non eſt curandum. q: in talibus neceſſarium eſt fieri melodiā lenē: q aliqualiter exprimat modū corizādi: vt albertus. Sed his ceſſantib9 chorea eſt peccatū mortale qd triplici rōne declaro.

¶ Primo. rōne luxurie.

¶ Scdo. rōne offenſe.

¶ Tertio. rōne circūſtantie.

¶ Dico primo ꝛ principaliter: q chorea eſt peccatū mortale ratione luxurie. quādo. ſ. ad illū finē aliqs ballat ꝛ choreizat vt ſe vel alios incitet ad luxuriā. Et pbatur ſic. Illud cuius finis malus eſt: ipm qꝫ malū eſt: vt patet p ph'. iiij. Topi. ſcdo. Phyſicorū. Et ſcdo de aīa. Et per. ſ. Hoc. prima ſcde. q. pma ar. iij. Ubi dicit. q actus humani ſpēm ſortiunt a fine. Et Ariſto. in ethicis. Quicūqꝫ mechat propter auariciā auarus dicit: nō mechus Sed finis corrcizandi qui eſt luxuria eſt malus: ꝛ peccatū mortale. Quia videns mulierē ad cōcupiſcendum eā: iam mechatus eſt eā in corde ſuo. Et Mat. xv. De corde exeunt cogitationes male. ergo correizare ad incitādū ſe vel alios ad luxuriam eſt peccatū mortale.

¶ Scdo choream eſſe peccatum mortale probat rōe offenſe. ſic. Illud per qd homo facit ꝛ operat ꝯtra omnia ſacramenta eccleſie eſt peccatū mortale. Hoc pꝫ de ſe: ſed choreizare rōne luxurie incitāde in ſe vel in alios: eſt contra omnia ſacramenta eccleſie. ad minus concomitāter. Probat diſcurrēdo per ſingula. Nā choreizans ꝯtra baptiſmū militat. Quia cū per patrinū cum teneretē ad baptiſmū ꝓmiſerit renūciare dyabolo ꝛ pompis eius. per choreā promiſſionē frangit ſequens dyabolum ꝛ pompas ac opera eius. Contra ſacramētū ꝯfirmationis militat. Quia in ipo ſuſcipit ſignū crucis: in ſignū q eſt redemptus ſanguine chriſti effuſo in cruce: ꝛ ipſe ponit ſibi in capite ornamentū variū dyabolo inſtigāte. Contra ſacramentū ordinis militat choreizās: q: cū ordinētur clerici ad cantandū officium ꝛ verba dei ꝛ precipue in feſtis ad ꝯſolationem ſpūalem populi ipſe choreizans cum ſocijs: officiatur in eccleſia dyaboli: que eſt locus vanitatꝭ: vt in theatris: plateis: ꝛ ſalis: cantando cantilenas: vbi ſunt verba dyaboli. i. amoris carnalis: ꝛ ꝓferendo verba vana ꝛ turpia p que auertunt populos a veſperis ꝛ pdicationibus. Cōtra ſacrm matrimonij militat. Quia ibi maxime incipiūt ꝓmiſſiōes ꝛ mrīmonia clā

deſtina:⁊ ab vxoratis multa vana
deſideria concipiunt ibi:ↄtra fidē
datam in matrimonio:non ↄtēti
ꝓpria:ſed aſpirantibus ad alienā.
Contra ſacramentū penitētie mi
litat. Quia totā ↄpunctōem ⁊ con
tritionem ⁊ bonam voluntatē ſa-
tiſfaciendi ibi perdit:alijs cogitatō
nibus repletus Contra ſacramen
tum euchariſtie:q: cum ſuſceperit
xp̄m in cōione paſcali ipſum eijcit
extra ciuitatē anime.ad crucifigen
dum eū in ſua ↄuerſatione munda
na. Contra extremā vnctionē mi
litat. Quia pedes ↄſecrandi vel q
iam ↄſecrati ſunt oleo ſancto cos
mouet in offenſam dei.ergo rōne
offenſe chorizans mortaliter pec
cat. Nā militat ↄtra omnia ſacra-
menta. Propterea chorizantes
meritiſſime priuant̄ ſocietate ſan-
ctorū atq; ſanctarū.quo nihil pei⁹
nilq; dānoſius. vnde Aug. in quo
dam ſermone:qui incipit. Nō de
bemus mirari.ſic ait. Non enim ē
eſſe veriſſimū chriſtianū niſi toto
animo odiſſe vel dānaſſe:que dili
git ſeculū. amat ſermones impu-
dicos:diligit ſaltatōnes vel motus
incōpoſitos. Iſta ſi fugit chriſtian⁹
magnam gloriā ſibi acquirit:⁊ int̄
ſanctos domini annumerabitur.h
ille. Exemplū refert beatus Gre.
iiij.lib.dyalogorū.de quadā puella
dicta muſa.que licet alias eēt de-

uota beate virgini.tamē huiuſmōi
iocis ⁊ choreis puellaribus erat
dedita.huic quadam nocte apparuit
ipſa virgo cum magno comitatu
virginū puellarū:que albis erant
indute. Cum quibus dū muſa af-
fectaret eſſe ⁊ eis aſſociari.dixit ei
virgo maria.q ſi vellet cū eis eſſe
abſtineret deinceps ab omni leui
tate:riſibus:⁊ iocis:vt tripudiatu
⁊ cantu ac ſaltu ⁊ huiuſmodi:⁊ ſic
die.xxx.veniret pro ea. Quō cū pu
ella ageret:⁊ parentes mirarēt̄
de tanta cōpoſitione ⁊ mutatiōe:⁊
interrogarent.cām:expoſuit eis vi
ſionem ⁊ promiſſionem ſibi factā
a beata virgine.qđ ⁊ impletū eſt.
Nā.xxv.die febre correpta i.xxx.
die virgo apparuit cōitata puel-
lis:tūc muſa cepit exclamare. Ecce
dn̄a venio. Et ſic beato fine quie-
uit. vbi dn̄s Antonin⁹ ↄcludit.d.
Sicut ergo nō potuit iſta muſa aſ
ſociari ſanctis niſi abſtineret ab hu-
iuſmodi iocis ⁊ vanitatibus:q: ta
les ſunt inimici dei. ⁊ ſanctorū:ita
nec chorizantes niſi huiuſmōi di
mittant. qui aūt nō aſſociat̄ ſanctis.
cum demonibus oportet aſſociari
h ille.ergo patet q chorea ſit pec-
catū mortale rōne offenſe. ¶ Ter
tio chorea eſt peccatū mortale rōe
circumſtantie. Et h multipliciter.
Nam ait. Vul. chorea ducta in ec
cleſijs videtur peccatum mortale:

quia vergit in notabiliē irreuerentiam dei. Et dñs Albertus dicit in iiij ſñi. q mala ⁊ reprehenſibilis eſt chorea reſpectu temporis. ſ. dū fit tempore triſticie: vtputa quadrageſime. ⁊ huiuſmodi: q: eſt contraria ſtatui penitentie. vnde Eccle. xxij. Muſica in luctu importuna narratio. ⁊ ideo penitētibus interdicitur vt inquit Auguſtinus. Similiť cum fit a clericis vel religioſis cū monialibus vel ſecularibus videť mortale rōne ſcandali ⁊ periculi ⁊ ruine ipſoꝝ. Si tamen religioſi vl' clerici inter ſe ex ſolatio facerēt nō in pñtia laycoꝝ: ⁊ ſi leuitatis fit: ñ tamē mortale. Itē ſm dñm Antoninū eſſet peccatū mortale chorea dum fit cum tali ⁊ tanta ſuperbia vel vanagloria: que ſit peccatum mortale. Idem cum fit tali affectu: vt chorrezans ꝓpter ſequendam illam talē delectationem chorrizandi: nihilominus eſſet paratus trāſgredi dei preceptū vel eccleſie. ſm dñm Antoninū: eſt mortale. Iteꝝ ſm eundem. qñ chorrezās tam inordinato amore chorrezať: vt etiā ſi ſciret aliquē vel aliquā propter hoc cadere in peccatū mortale tñ adhuc vellet chorrezare mortaliť peccat. Item ſm dñm Antoninū quando chorrea fit talibus geſtibus aut verbis que in ſe occaſio ſufficiens ſunt: ad prouocandum vel ſe vel alios ad luxuriā: eſt peccatum mortale. Et ita patet q̃ta ſit grauitas atq3 deformitas ſit ipſa chorrea. Quam deteſtans beatus Ambroſius in epiſtola ad Sabinum: dicit. Quid vtiq3 tam deforme: viſibili ſpectaculo: q̃3 hiſtrionicos inſinuare geſt⁹: ⁊ femineo vſu membra mollire: Delitiarum comes ⁊ luxurie fomentum: eſt laſciua ſaltatio. Nempe ſi corporalia conſideremus: nihil turpius q̃3 cū muliebrib⁹ miſceri chorreis, ſpargere crines: rotantium circuire more: concrepere manibus: percutere pede: turpiq3 plaudere ſono. hec ille. Nunc ad ſecūdā partem accedamus.

SEcūndo principaliter circa choreas conſiderare debemus malignitatē: ſiue malignationē. Triplex eſt malignitas peſſima chorearum.

¶ Prima ē diabolica inuentio.

¶ Scōa eſt diabolica cogitatio.

¶ Tertia eſt diabolica excecatio.

¶ Prima igitur malignitas choreaꝝ eſt diabolica inuentio. Diabolus. n. omnium inuentor maloꝝ choream inuenit. In ea enim proprie eſt iter circulare ⁊ motus diaboli. De quo dicit. Iob. c. i. q interrogat⁹ a deo. vñ veniret. rñdit.

Circuiui terram ⁊ perambulaui eam. Et.i.pe.v.c. Aduerſarius veſter dyabolus circuit querens quem deuoret. Et Abacuch.iij. Egredietur dyabolus ante pedes eius: ſtetit ⁊ menſus eſt terrā. aſpexit ⁊ diſſoluit gentes. Et ad hanc veritatē declarandā: habentur duo exempla notabilia. Primū ponitur a Magiſtro hyſtorie ſcolaſtice in principio ſup exodum dicens: ꝙ in egypto erat quidam taurus quem ⁊ Plinius atteſtatur ſe vidiſſe. Hic ex improuiſo egrediebatur de flumie habēs in humero dextro ſignum candidum inſtar lune corniculate. Ad quē cum confluerent egyptij cum omni genere muſicorū pſallebant ⁊ ipſe eleuabatur in aere: ⁊ ſuper eos tanqȝ ſaltans ferebatur: ⁊ illi egyptij ad motum vel ſtationem ipſius in terra mouebantur ⁊ ſtabant: ⁊ eadē die euaneſcebat qua apparebat. Et ſic didicerūt a diabolo in tauro transfigurato ballare. Et exinde ad alias nationes deuenit ars balandi. Aliud exēplum recitatur in libro de apibus: vbi dicitur: ꝙ in quodam caſtro vna die apparuerunt multi demones in formis diuerſis maſculorum ⁊ feminarū: ballantes: tripudiātes. Ad quorum ſpectaculum exierūt omnes de caſtro. Et cum ipſi demones compleuiſſent multos ⁊ varios ballos euanuerunt. Et ſic viri ⁊ mulieres ballare didicerūt. Dyabolica igitur eſt inuentio: Qui vt dicitur.xvi.q.ij.c.viſis. Conatur omnibus modis humanum genus peruertere atqȝ perturbare. Eſt enim magiſter ⁊ ballantes ſunt diſcipuli ac diſcipule eius. ¶ Secunda malignitas chorearum eſt dyabolica excecatio. Hanc excecationem deſcribit aqla volitans. Jo.euangeliſta apoc.ix.c.d.vidiſſe locuſtas aſcendiſſe de puteo fumi. Hic puteus ē fornax infernalis. Ex qua dyabolus emittit fumum concupiſcentie gulaſitie: ⁊ carnalitatis atqȝ vanaglorie vt tripudiantes omnino fiant. ceci. Hic fumus obſcurat ſolem ⁊ aerem ⁊ intellectum ⁊ rationem. quia vehementi carnalitate accenſi non recordantur de deo: non de gloria paradiſi: non de inferno: non de morte. Locuſte aſcendentes ſunt choreizantes: qui bene per locuſtas deſcribuntur. Nam locuſte rectos greſſus non habēt: nec volant vt aues: ſic choreizantes fidem rectam non habent ad volandum in celum: nec rectos greſſus ad bene operandum. He locuſte aſcendunt ſuper terram diſcurrendo ⁊ ſaltando. Et ſicut locuſte non habent regem: vt di-

citur Prouer. penultimo: ſic cho-
reiȥantes ſunt effrenati ⁊ inordi-
nati ſine ratione: ad modum ani-
malium irrationabilium in leuitate
⁊ impetu paſſionis viuentium.
Et vere locuſte ſunt que venerũt
in egyptum nihil viride relinquẽ-
tes: ſed totam amenitatem conſu-
mentes: vt habetur Exo. x. Sic
choreiȥantes totam pulchritudi-
nem ſpiritualem cõſumunt: ⁊ ibi
omnia bona deſideria euaneſcũt:
⁊ omne quod ſpirituale eſt ipſa
ſua laſciuia corrodunt ⁊ comedũt.
¶ Tertia malignitas eſt dyaboli-
ca equitatio. Hanc malignitatem
ſubinfert Joannes in eodem capi-
tulo dicens. Similes equis para-
tis ad prelium. Nam ſicut homi-
nes vtuntur equis falleratis ad
impugnandum inimicos: ſic dya-
bolus vtitur mulieribus ⁊ iuue-
nibus ornatis ad impugnandum
fideles ⁊ timoratos: qui ſunt ini-
mici demonum. Et ſicut equus
odorato bello appetit currere ad
cãpum: ita vane mulieres ⁊ iuue-
nes laſciui currũt ad talia loca vbi
in choreis poſſint oſtentari: ⁊ cur-
runt ad talia loca: vbi ⁊ ipſi aſtan-
tes proſternuntur. Nam omnia
in hoc prelio habentur arma dya-
boli ad bellandum ⁊ vincendum
⁊ ad faciendum cadere in pecca-
tuȥ maxime luxurie. Tribus eniȝ
modis facit dyabolus cadere in
luxuriam. Modo per viſum. mo-
do per colloquium. modo per ta-
ctum. Et in ballo omnia iſta con-
currunt. Nam ibi ſunt verba lu-
brica: ⁊ modulationes cantuum.
Ibi eſt fixa viſio facierum. Ibi ẽ
tactus manuum ignitarum. Et
ideo ex tali vicinitate ⁊ appropin-
quatione, modo per colloquium.
modo per viſum. modo per ta-
ctum. ſepe ignis concupiſcentie
inflãmatur. Et ideo nullus fere
eſt tam fortis tam prouidus: tam
ſanctus qui non vincatur. vnde
Auguſtinus in ſermone incipien-
te. Non debemus mirari ait. In
ſaltationibus dyabolus ſpargit
dulcedines luxuriarum: vt ſerui-
tutem innocentium ſibi compareat
animarum. Et hic bene verifica-
tur dictum Hieronymi. Ferreas
mentes libido domat. Et Augu-
ſtinus bene ſubiungit in ſermone
allegato. Redit ad domum ma-
trona malis vocibus ſtimulata.
Redit virgo inquinatis auribus
nec virgo integra: nec mulier ma-
ritata. Redit turba adoleſcenti-
um: nec dum mulieribus coniun-
cta: ⁊ conſcientia lacerata. h' ille.
vnde Hieronymus. Non credo
dicenti ſe illeſum abiiſſe ab inſpe-
ctione ſpectaculorum. Et ſubdit
iterum Joãnes eodem capitulo.

Facies earum tanquã facies ho-
minum. Non dicit facies homi-
num. Quod dicitur propter fucos.
Chorizantes nãqz exterminant
facies ſuas: vt dicitur Math.vi.
idest extra terminos naturales tra
hunt: qui .ſ. cum ſint nigre: vel cro
cei coloris: per cerusam et purpu
reũ colorem picte: apparent albe
et rubicũde. Iuuenes vero carna
libus atqz laſciuis concupiſcentijs
ſuccenſi: vt beſtiales appetitus cõ
ſequi valeant: diuerſimode ſe ſe
transformant. Nam aliqui facies
mulierum. Aliqui earundem ve-
ſtimenta. Aliqui facies virorum.
Aliqui facies ſenum: nõnulli faci
em figuramqz dyaboli ferre non
deſinunt. Et ſic diabolus in diuer
ſarum rerum ſpecies atqz imagi
nes ſe transfigurat: quo aias chri
ſti ſanguine redemptas decipiat.
ita dyabolici: et laſciui iuuenes
atqz effrenati agere conãtur. Nã
laruati et maſcarati ne ab alijs co-
gnoſcantur: omnia perquirunt lo
ca: domos intrãt: monaſteria mo
nialium viſitant: vbi quot ſacrile
gia: quot horrenda: quot nephan-
da perpetrentur peccata: quis enu
merare poteſt. Va miſeris hac ecci
ha dyabolici homines: pro mo
mentanea: pro modica: pro tempo
rali delectatione: magna et eter-
na gaudia paradiſi perditis: dya

bolo vos ſubijcientes: quia nedũ
eius equi eſtis: imo imago ſua q̃z
diu fucos: laruas: et maſcaras de-
portatis: vt patet per Auguſtinũ
de conſe.d.v.c. Fucare. vide in .c.
nullus preſbyterorum. xliij. di.
Et extra de vita et hone.cle.c. Eũ
decorem. Et quod plus eſt in huiuſ
modi vanitatibus: quãplures vtũ
tur habitu monacali et religioſo.
Qui grauiter profecto puniendi
ſunt. vt patet i aut. de ſanctiſſimis
epiſcopis. paragrapho vltimo. Et ar.
C. de epiſcopali audientia. l. mini
me. Et quod peius eſt et abhominabi
lius. hi agunt contra prohibitio
nem diuinam: vt patet deut. xxij.
c. vbi ait dominus. Non induet
mulier veſte virili: nec vir vtetur
veſte feminea. Abhominabilis
enĩ apud deum eſt qui facit hoc.
h ibi. Propterea ſanctus Seueri
nus epiſcopus in quodam ſermo
ne poſt multa dicit. Fugite chore
as et laruas. Claudite vos: ve-
ſtraſqz domos: cum deus qui vi
det in occulto non poſſit circũue
niri in aperto. Exite exite ſicut di
cit propheta de medio eorum et ſe
paramini ab eis: et ne i mũdũ quid
tetigeritis: vt veſtro reſipiſcant
ſtudio: qui hactenus veſtro ſunt
colludio decepti. Fugite iſta de
moniaca: ſi diuina deſideratis.
hec ille.

TErtio pꝛincipaliter conſiderare debemus punitionem. Non eſt credibile ꝙ deus iuſtiſſimus velit tam choꝛeizantes: qui ſunt cauſa tot peccatoꝛum ⁊ maloꝛum impunitos permittere quin puniantur ⁊ in hac vita ⁊ in futura. vnde de⁹ per Ezech. xxv. c. Pꝛo eo ꝙ plauſiſti manu: ⁊ percuſſiſti pede: ⁊ gauiſa es ex toto affectu ſuper terrā iſrl. idcirco. ecce ego extendam manū meam ſuper te: ⁊ tradam te in direptionem gentium: ⁊ interficiam te de populis. hec ille. Exoduſq̨ narrat. xxxij. c. Qđ deus per moyſez puniuit ſaltantes ⁊ feſtantes pꝛo vitulo fabricato. xxiij. milia occidēdo. Recitatur etiā in libꝛo alphabeti narrationum: ꝙ anno domini milleſimo decimo. Accidit dum Tullius pꝛeſbyter eccleſie ſancti Magni in vigilia natiuitatis domini celebraret: quaſdam mulieres cū viris in cimiterio choꝛeizare: eo pꝛohibente: ac contra ballantes ipꝛecante ⁊ dicēte. Placeat deo ⁊ beato magno vt ſic pmaneatis vſq̨ ad annum. Qđ ⁊ factum eſt. toto enim anno pluuia non cecidit ſuper eos: nec fames: nec ſitis: nec veſtimenta eoꝛum ſunt attrita: ſed ſemper vt vecoꝛdes ſaltabant. Quidam cum conaretur ſoꝛoꝛem ſuam inde educere: bꝛachium a coꝛpoꝛe ſoꝛoꝛis abſtraxit. inde ſanguine non exeunte: ⁊ ipſa ſic ballante cum alijs. Completo autem anno Obertus colonienſis archiepiſcopus: hoc audiens eos ab hoc vinculo abſoluit: quoꝛum aliqui ſtatim abſoluti: moꝛtui ſunt. Quidam ſemper trementes permanſerunt. Quidam vero continuis tribus noctibus doꝛmierunt. O miſeri ballarini: creditis vos abire impunitos etiam in hac vita: Certe de⁹ iuſtus: ⁊ ſancti: quorum feſta polluitis ⁊ vituperatis contra vos iudicia parant. Sed ⁊ ꝙ choꝛeizantes in alia vita puniantur: patet Job. xxi. d. tenent tympanum ⁊ cytharam ⁊ gaudent ad ſonitum oꝛgani. Ducūt in bonis dies ſuos ⁊ in puncto ad inferna deſcendunt. Et in ſignum huius eſt: quia choꝛee ad ſiniſtram ducūtur. Pꝛouer. iiij. Vias que a dextris ſunt nouit dominus. peruerſe autem ſunt que a ſiniſtris ſunt. Et Auguſtinus. Omnis motus petulantie: ſaltus eſt in pꝛofundū cloace. In inferno eni ſunt choꝛee ad q̄s choꝛee iſtius mundi perducūt. ſūt. n. ibi mlte pceſſiões pctoꝝ. ſ. ſupboꝝ: auaroꝝ: luxurioſoꝝ: q ſp cātabūt cātū lugubrē. Cātāt. n. cātionem ꝯtinētē. vij. verſus lu-

veſtra quam mihi pro precio ſanguinis dediſtis: Ego ſuper gloriã meã vos habui cũ eſſem de⁹ apparẽs hõ: τ viliore oib⁹ reb⁹ veſtris me feciſtis. Nã oẽm rẽ viliſſimã terre amplius dilexiſtis q̃ȝ iuſtitiã meam τ fidem. H ille. Et vertens ſe cõtra damnatos dicet. Reddite ratioñe vilicationis veſtre. Ubi de. v. principaliter examinabit. ¶ Primo dicet. Reddite rationem de corpore cum mẽbris. Dedi vobis corpus cum mẽbris vt illud conſeruaretis caſtum ſobrium τ domitum: ſed vos illud expoſuiſtis voluptatib⁹ τ delitijs. Quid nãqȝ pro me corpora vr̃a paſſa ſunt? Quid afflictionis: q̃d mortificatiõis: quas plagas: quas iniurias pro nomine meo tolleraſtis? Uos nõ ieiunia eccleſie: nõ vigilias ſanctorũ: nõ quattuor tempora: nõ quadrageſimas: nõ par ſemel in ebdomada in memoriaȝ paſſionis mee ieiunaſtis. Nõ domuiſtis illud cilicijs. diſciplinis. mortificationib⁹. ſed expoſuiſtis illud ſecibus luxurie τ carnalitatis: fornicando: adulterando: inceſtuando. Nõ peperiſtis feminis: non monialib⁹: nec maſculis. Dedi vobis oculos ad aſpiciendum ad vtilitatem τ neceſſitatẽ vt aſpiciẽdo celos τ elementa cum oib⁹ cõtentis: vt inde xurgeretis ad contẽplãdũ tantã gloriã quãtã vobis preparaui. Dedi vobis aures vt audiretis predicationes τ doctrinam ſanctam. ſed potius audiſtis detractiones τ vanitates mundi. Dedi vobis nares ad odorandũ vt ex fragrantia florum τ aromatũ intelligeretis: quia ſancti mei in patria florent: ſicut lilium τ ſicut odor balſami ſunt ante meam maieſtatem. Dedi vobis linguam τ palatũ ad laudãdum me qui vos creaui: ad edificandũ p̄ximũ: ad cõfitẽdũ peccata: ſȝ vos cum illa blaſphemaſtis me τ patrẽ τ ſpiritũ ſanctũ: τ matrẽ meã ſanctiſſimã: ſanctos τ ſctãs: multiplicãdo verba iniurioſa: verba beſtialia: verba cõtumelioſa. O quot nephandã: quot ribaldarias: quot opprobria maledicta lingua dixiſtis contra me. Illã docuiſtis mentiri piurare τ decipere. Dedi vobis manus ad bñ operãdũ: τ vos illas exhibuiſtis ad percutiẽdũ: occidẽdum τ rapinandũ. Dedi vobis pedes ad ambulãdũ τ proficiẽdõ de bono in melius: τ vos illos velocces habuiſtis ad currendum in malum. ¶ Scd'o dicet. Reddite rõnẽ de aĩa rõnali. Nã dedi vobis illã tam alte creatã: q̄ ad imaginẽ τ ſimilitudinẽ meã: beate vite capacem: dicens vt ſcribitur in Eccle. x. c. fili in mãſuetudĩe ſerua

riaꝫ tuá ⁊ da illi bono: ẽ ſm̄ meritũ ſuũ: ſꝫ vos vr̄a iracundia ⁊ vindicta ſcindiſtis eá occidẽdo ꝓximũ ⁊ ſumẽdo vindictá de eo. Insuper eadẽ imagines ꝓieciſtis in ignẽ auaritie icẽdẽdo ⁊ cõburẽdo eá. Preterea pieciſtis eá in latrinã ⁊ ſtercus ſcẽtis luxurie. Sicr reddite rõnẽ de potẽtijs aie. Naꝫ dedi vobis memoriá ad memorádũ paſſionẽ meá quá pro vobis paſſus ſum: bñficia innumera que vobis cõtuli: peccata que contra me cõmiſiſtis. Dedi intellectũ ad cõtẽpládá celeſtia. Dedi voluntatẽ ad operádũ virtuoſa: ſed vos has potẽtias ad terrena ⁊ tranſitoria cõuertiſtis. ℂ Tertio reddite rõnẽ de ſcientia ⁊ documẽtis. Ná dedi vobis lumẽ ſciẽtie naturalis: quo recte cũcta pageretis: vos vero ingratiſſimi: illud lumen iñ ſecib⁹ pcõꝝ pieciſtis ⁊ in tenebris ſcelerũ extinxiſtis. magis diligentes tenebras q̃ꝫ lucẽ. Poſtea dedi vobis legẽ ſcriptá doctrinis moꝝ b⁹ atqꝫ ſapiẽtia plená: claram ⁊ lucidá: per diuerſos libros diſtinctá: vt ẽ geneſis: exodus: leuiticus: numeri: deuteronomiũ: ioſue: iudicũ: ruth: prim⁹ regũ: ſecundus regũ: tertius regũ: quart⁹ regũ: prim⁹ paralipomenõ: ſecũdus paralipomenõ: eſdras prim⁹. xxix. et xxix. Thobias. iudith. heſter. iob. dauid. pabole. eccleſes. cãtica. ſapiã eccliaſtic⁹. iſaias. ieremias. ezechiel. daniel. oſee. iohel. amos. abdias ionas. micheas. naum. abacuch. ſophonias. ageus. zacharias. malachias. baruch. machabeoꝝ prim⁹ ⁊ ſecũdus. Sꝫ vos hec oia tanq̃ꝫ lutũ exiſtimaſtis. Et ego cõpaticos veni i mũdũ: carnẽ aſſumpſi: perſonaliter ore proprio vos vocaui predicando: miracula faciẽdo: ad penitẽtiá inducẽdo: dilectá vitam meá expoſui: vt vos lucrifacerem. Poſtea reſurgẽs duodecim diſcipulos meos per mũdũ miſi: dando vobis legẽ gratie declaratá ꝑ quattor euãgeliſtas. ſ. per Mat. Mar. Lucá ⁊ Ioánẽ addẽs eis vas electionis Paulũ mihi ꝑelectũ petrũ. iacobũ. iudá ⁊ ioánem. quoꝝ doctrina ⁊ eplẽ toti mundo illuxerũt. Poſtea miſi martyres cõfeſſores ⁊ virgines. Tádẽ miſi ꝑdicatores meos pclãros. Baſiliũ. ſ. auguſtinũ. benedictũ. dominicũ ⁊ franciſcũ: qui cuꝫ ſuis filijs totũ mundũ doctrinis ⁊ exemplis ad bene agẽdũ excitauerũt. Sed vos gen⁹ maledictũ. gen⁹ excõicatũ ⁊ a nõ totalr reprobatũ. tantá ſapiẽtiá. tanti doctrine lumẽ. tantá ſcie claritatẽ velut ſtercus reputaſtis: eá cõtẽnẽdo: cõculcádo apte ⁊ manifeſte ꝯdicẽdo. Immo expoſitores hui⁹ doctrine vitupaſtis.

deridendo. truſando. detrahendo infamãdo. expellendo. ꝛ qd̓ peius ē aliquos v̄berãſtis. flagellaſtis ꝛ occidiſtis. Quid dicitis ad hec o mihi peccatores. O ceci. O inſen ſati. tot peccata mortalia. tot ſcelera. tot horribilia cõmiſiſtis. offendendo me ꝛ patrē ꝛ ſp̄um ſanctū. nõ per ignorãtiã ſed per ꝓpriam malitiã: ꝑ ꝓpriã neq̄tiã ꝛ ꝓpriã puerſitatē. Quid dicēt nūc theologi qui mate imo peſſime vixerūt. Quid phi. Quid logici. Quid oratores. Quid grãmatici. Quid decretaliſte. Quid legiſte. Quid praui predicatores qui tã turpiter vixerunt. Certe nihil poterunt reſpondere: nullã rōnē poterunt aſſignare: ſed perterriti ꝛ cõfuſi: cognoſcētes eoꝝ vitã fuiſſe peſſimã: dſperãtes de eoꝝ ſalute dicēt illō qd̓ habet ſap. v. Ergo errauim⁹ a via v̄itatis ꝛ iuſticie lumē nõ luxit ꝛ ſol itelligētie nõ ē ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis ꝛ pditionis: ꝛ ambulauim⁹ vias difficiles. vias aūt dn̄i ignorauimus. Supple ignorantia craſſa ꝛ ſupina. Quid nobis profuit ſuperbia qua ſupple noluimus obedire dei mãdatis vt recte viueremus. Certe nihil. ¶ Quarto dicet. Reddite rōnē de tp̄e. Nã vobis dedi tēpus quo nihil pcioſius ad penitentiã agēdã: ſed vos viliſſimū illud reputaſtis: ꝛ totū illud mundo dediſtis in ludis. in feſtis. in iocis. cãtando. tripudiando. adeo vt nihil ex eo expoſitum fuerit niſi in delectationib⁹ mundi. ¶ Quinto dicet. Reddite rōnē de tp̄alib⁹. Nã dedi vobis bona temporalia: vt vineas: cãpos. poſſeſſiones. animalia. pecuniã. vt ex illis faceretis elemoſinas. ſubuenireتis viduis. orphanis. pupillis. pauperib⁹. religioſis. vt cõſtrueretis oratoria. tēpla. eccleſias. hoſpitalia. calices. paramēta. ſed vos oīa cõſumpſiſtis in edificijs. põpis. conuiuijs lautis. in equitaturis faleratis. in canib⁹. in auibus ad aucupandū. in veſtib⁹ ſumptuoſis. in ornamētis varijs. in picturis domoꝝ. lectoꝝ. camerarū. Nõ dediſtis mihi mãducare: nõ bibere. nõ veſtiſtis me. non recepiſtis cum eſſem hoſpes. non viſitaſtis cum eſſem infirm⁹. non redimiſtis. nõ ſepeliſtis. nec aliq̄ cura fuit vobis de me. q̄ qd̓ vni ex minimis meis feciſſetis ꝛ mihi vtiq̄ feciſſetis. Dedi vobis dñia ad regēdum mundum in pace ꝛ iuſtitia: ſed vos tyranizaſtis ꝛ derobaſtis ſubditos veſtros bibendo eorum ſanguinem: ꝛ auferendo ab eis ſubſtantiam ꝛ vict⁹ eorum. Non defendiſtis pauperes. non viduas. non pupillos. non orphanos. non eccleſias. ꝛ quod pe

ius eſt. eccleſiarum bona dediſtis filijs ⁊ filiabus veſtris impinguā do ⁊ maritando baſtardos ⁊ baſtardas: quos peſſime ⁊ cum mea maledictione genuiſtis. Deinde vertens ſe ad malos prelatos dicet. Et vos o filij dyaboli aſcendiſtis ad prelaturas eccleſiaſticas: non intrantes per me qui ſum hoſtium. ſed per portas argenteas ⁊ aureas cum donis: cum precibus cum potentia dominorum: cum auxilio mundanorum: vendentes emē tes ſpiritumſanctum cum ſimone mago. Nō fuit vobis cura de animabus ſubditorum veſtrorum: ſed ſolicitiſſimi fuiſtis ad rapiendum lanam ⁊ lac. i. redditus ⁊ introitus. Et propter inſatiabilem auaritiam veſtram recepiſtis tyrannice bona religioſorum in comedendo. Eccleſias vero eorum conculcaſtis ⁊ totaliter deſtruxiſtis. ⁊ vita veſtra peſſima ſcandelizaſtis totū mundum. Vos ſuperbi. vos guloſi intantum ꝙ mundus non potuit ſaciare guloſitatē ⁊ ingluuiem veſtram: vos luxurioſi vt porci: multiplicaſtis tot baſtardos ⁊ baſtardas quos nutriſtis ⁊ nutriri tradidiſtis ſanguine eccleſiarum mearum dicentes ꝙ erant veſtri nepotes ⁊ neptes. In vobis non fuit charitas: non iuſtitia: non exēplaritas: non aliqua virtus. Rariſſime celebraſtis: rariſſime dixiſtis officium: nullam eccleſiam: nullam operationem erga proximum habuiſtis: totum ſtudium veſtrum fuit ad delitias corporis: ad exaltandum nepotes ⁊ filios veſtros: parentando modo cū illo domino: modo cum illo rege. Nutriſtis inſuper canes: falcones: equos: mulas: iuuenes laſciuos: rufianos ⁊ rufianas: introducentes vobis pueros ⁊ puellas. Et finaliter vertens ſe ad malos religioſos dicet. Et vos o maledicti hypocrite vbi eſt obſeruātia religionis veſtre. vos non ſeruaſtis regulam: non conſtitutiones: non rubricas: non obedientiam: non paupertatem: non caſtitatem: non cerimonias: non ieiunia: non ſilentia: vos pro nihilo habuiſtis religionis ſtatutum: ad quas vos vocaui. vos elegi: vobis gratias infudi. E vos alios elegi vt eſſetis predicatores verbi mei ad vitiorum extirpationem ⁊ animarum ſalutem: ſed vos predicaſtis vana ⁊ inutilia: pomposa ⁊ non fructuoſa: querentes placere hominibus: ⁊ non mihi. Vos non fuiſtis predicatores Xbi mei ſed antichriſti ⁊ dyaboli: qui modo vos in īfernū tor-

mentabit. Eratis impatientes: vindicantes: ſuperbi: non audientes vnum reprehenſibile verbū a prelatis veſtris. Adheſiſtis dn̄is temporalibus p̄ beneficijs acquirēdis. predicabatis paupertatē: caſtitatē: humilitatē: patientiā: ſed vos peiores fuiſtis demonijs. Et qđ peius eſt volebatis facere miracula: et conabamini vt ego cōtra voluntatem meā face℞ miracula ad vr̄am oſtentatōem et vos eratis incarnati demones. Decipiebatis populos dicentes talis fecit miracula: et talis eſt deus: apponētes ante ſepulturā ingines mirabiliter vulneratas: pendētes lampades: cereos: candelas: baculos: oculos argēteos: ant altare meū vbi eram ego in corpore et anima et deitate: nō erat candela vnius denarij acenſa. Predicabatis mēdacia: ioculationes: diſſolutiōes: diuiſiones: ſectas: guerras: vnus cōtra aliū inuehendo: totum vt eēt fama de vobis. Nolebatis ire ad p̄dicandū: niſi prius habitis breuibus papalibus: literis regū: dominorum: comitum: quas poſtea in predicationibus oſtendebatis: iactantes et gloriātes vos cum ſathana: cadentes e celo in baratrum inferni. Quid n̄ō dicitis ad hec. O generatio mala. O generatio adultera. O generatio peſſima. Ecce peccata veſtra: ecce opa veſtra. ecce tot mala et tot ſcelera p vos cōmiſſa et perpetrata. Et nūc omnia peccata cogitationum. omnia peccata locutionū. omnia peccata operationū. omnia peccata omiſſionū. que cōmiſſa ſunt a principio mundi vſq3 ad finem manifeſtabuntur coram toto mūdo. tā oculta q̄3 ſecreta. q̄ dicēt vt Bernardus inquit. Tu nos egiſti. tua opera ſumus. Nō te deſeremus ſed ſemp tecum erimus. Et Sap. iiij. Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi. et traducent illos ex aduerſo iniquitates eorum. vnde Chriſo. In illa die nihil eſt quod nō videamus: vbi celū: terra: aqua: ſol et luna: dies et noctes et totus mūdus ſtabit aduerſus nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum: hec ille. Quid facient tunc miſeri peccatores: quo ibūt: quo vertent ſe: ad cuius auxiliū cōfugient cum totus mūdus erit cōtra eos armatus. Dicit Ego de ſancto victore. Celum dicet. Ego lucē ſibi miniſtraui ad ſolacium. Aer dicet. Ego oē genus auiū ſibi dedi ab obſequiū. Aqua dicet. Ego diuerſa genera piſcium dedi ſibi ad vſum. Terra dicet. Ego panē et vinū ſibi dedi ad nutrimentū. Ideo ignis clamabit. A me cōburat. Aqua clamabit. A me demergatur. Aer cla-

mabit. In me veniñdetur. Terra
etiam clamabit. A me abſo:beat
Infernus clamabit. A me deglu-
tiatur. h illa. O q̃z: vt inquit Gre.
Anguſte erit tunc rep:obis vie.
Superius erit iudex iratus. inferi
us ho:rendum chaos. A dextris
peccata accuſantia. a ſiniſtris infi-
nita demonia ad ſupplicium tra-
hentia. intus conſcientia v:ens. fo
ris mundus ardens: miſer pecca
to: ſic dep:ehenſus quo fugiet? [illegible]
[illegible]
[illegible] Ex hoc patet q
peccato: non poterit fugere ſur
ſum: q: ibi erit iudex iratus: qui
gladio bis acuto de o:e eius p:o
cedentem ipſum occidet. Nec fu
gere a dextris: q: ibi ſunt peccata
que eum app:ehendent. Nec fu
gere a ſiniſtris: q: ibi ſunt demo-
nes qui eum ad ſupplicium tra-
hẽt. Nec fugere vel abſcondere
ſe infra ſe: q: ibi eſt vermis conſci
entie: qui eum totũ co:rodet. Nec
fugere extra mundũ: q: totus eſt
plen⁹ igne: qui ipſum cõburet. Et
ideo nõ reſtat niſi vt in īferni fo:
nace cadat. Et h de ſcdo p̃ncipali

Ertio iudicij vni-
uerſalis cõſiderare
debemus executio
nẽ: vbi tria ſunt cõ
ſideranda.

¶ P:imũ. ẽ iuſtoꝝ allocutio.
¶ Sdm. ẽ dãnatoꝝ cõdẽnatio.
¶ Tertiũ. ẽ inferni ſigillatio.
¶ P:imũ eſt iuſto:um allocutio.
Que lingua: que vox poterit ex-
p:imere: q̃z dulciter: q̃z ſuauit̃ ie-
ſabilis dei bonitas loquet̃ ſanctis
⁊ electis ſuis? Nã hilari vultu: fa
cie ſerena: voce ſuaui: vertens ſe
ad eos: ⁊ permaxime ad reueren
dam matrem ſuam dicet. O dul
ciſſima mater ⁊ totius mundi im
[illegible]
[illegible]
ſuſtinuiſti. Et vos o diſcipuli ⁊ ſe
cretarij mei: q: veſtris p:edicatio
nibus totum mundũ ad me traxi
ſtis. Et vos o martyres eẽcti: q:
co:po:a veſtra diuerſis ſupplicijs
p:o me expoſuiſtis. Et vos O cõ
feſſo:es lucidi: q: altiſſimam peni
tentiam ad meã laudẽ feciſtis. Et
vos O virgines ſacre: q: itegrã
⁊ illibatã virginitatẽ vt mihi pla
ceretis ſeruaſtis. Et vos O viri
religioſi: q: mundũ reliquiſtis ⁊ in
ſancta religione me ſecuti eſtis. Et
vos O filij p̃dicato:es: q: nomẽ
meũ co:ã gẽtib⁹ ⁊ populis mani
feſtatis obiurgãtes vitia ⁊ pecca
ta mundũ illuminaſtis. vita doctri
na pit̃er ⁊ exẽplo. Et vos O pe-
nitẽtes: q: vitã noſtrã ob amo:ẽ
mei co:rexiſtis ⁊ emẽdaſtis. Et q:
bñdicti eſtis a p̃re ⁊ a ſpũ ſctõ ⁊
a me: venite ergo bñdicti mei. O

meliſluũ vbũ: vene O viſcero-
ſa locutio. O ſermo zuccharatus.
Quid melius: qd bñi⁹: q̃z ab eo
vocari: q é bonũ ſmũ. Poſſide
te pãtũ vobis regnũ a cõſtitutione
mũdi. O q̃le regnũ O q̃le dñiũ.
Nõ certe terrenũ: ñ trãſitoriũ ſʒ
eternũ: ⁊ ſemp duraturũ: totũ in ſe
cõtinẽs q̃d delectat. Cõſideret q̃li
bet vr̃m chariſſimi q̃z ſuauia ſũt
verba iſta: q̃z dulcia: q̃z amena:
q̃zq3 iocũda. O q̃ntũ gaudiũ: q̃ñ-
tũ leticie: q̃ñtũ exultatõis erit tūc
ĩ mẽtib⁹ electoꝝ: impoſſibile é cogi
tare: mlto magis ligua exp̃mere
¶ Scd'o ẽ dãnatõs ſniatio. Licʒ
xp̃o oĩa ſint clara ⁊ manifeſta: ⁊
nulli⁹ idigeat cõſilio: tñ vt ſctõs ⁊
electos ſuos honoficet: añ ſnie p̃
mulgationẽ petet filiũ dĩ. Quid
vobis videt Mater mea ⁊ vo-
bis electis meis d iſtis q a ſini-
ſtris ſũt. Videte eoꝝ ſcelera. eoꝝ
opa. eoꝝ vitã. Iſti fuerũt ſemper
mihi rebelles: cõtẽtes ⁊ iobediẽ
tes: cõtẽpſerunt mĩa3 meã: pdi
catores ⁊ bõos meos: bñficia ĩ mi
ſericordia nõ cogñcẽtes facti ſunt i
gratiſſimi: me ⁊ grãz meã p̃ nihi
lo hũerũt: duri obſtinati ⁊ pterui:
ãplexati ſunt mũdũ ⁊ cõcupiſcen
tias ei⁹: adherẽtes diabolo ⁊ põ-
pis ei⁹. Habuerũt me odio ⁊ pa
trẽ meũ ⁊ ſpũm ſctm̃ ⁊ matrẽ vitã
v'tuoſa3 dic igr m̃r mea. Quid
tibi videt faciẽdũ. Tũc ſctiſſima
dei genitrix dicet. Fili mi dulciſſi-
me: ex quo iſti male ⁊ peſſime vi-
xerunt: vt eoꝝ opera oſtendunt:
ad cõmendatõem tue iuſticie de-
tis ſniam contra eos: vt ſine fine
in inferno eternaliter puniãtur.
Hanc ſniam cõfirmabunt omnes
apoſtoli: oẽs martyres: oẽs cõfeſ-
ſores: oẽs v̾gines: oẽs ſancti ⁊ ſan
cte dicẽtes. Juſtiſſime deus: oĩno
iſti ſunt i iferno detrudẽdi. Quid
igit tũc facient miſeri pctõres. Ha
pouerelli: ha miſeri: ha deſgratia
ti: mater miſericordie ſimul cũ ſan
ctis oĩbus feret contra eos eterne
dãnatõis ſniam. Quis p̃ illis ora
bit. Quis illos defendet. Ad cui⁹
auxilium cõfugient. Heu q: nullus
erit in defenſione ſua. Et tũc xp̃s
vertet ſe cõtra eos facie turbata:
voce terribili: voce tonitrua di-
cens. Diſcedite a me: q: ſicut fui-
ſtis in mundo ſeparati a me p̃pt
ſcelera veſtra. ſic ſeparati eternali
ter eritis a me qui ſum ſũmu3 bo-
num: fons omniũ bonoꝝ: gaudiũ
⁊ leticia ſempiterna. Deinde ſub
iunget. Maledicti. ſcʒ a p̃re: male
dicti a ſpũſancto: ⁊ a toto creatura
rũ ordine. Et addet. In ignẽ eter-
num. Sicut enim fuiſtis ſemper i
ardore rerũ terrenarũ ſic: eritis
in igne eternarum penaru3. Qui
paratus eſt diabolo ⁊ angelis ei⁹:

qui erunt veſtri tortores ⁊ punitores. Separo vos a me vt maledictos ⁊ excommunicatos: ⁊ mitto vos in ignem ⁊ tormentum eternum: cum diabolo ⁊ omnibus ſocijs eius: quibus in mũdo ſeruiuiſtis. Ha deus glorioſe: q̃z erit terribilis illa ſententia: q̃z rigida: q̃z ſeuera. Qua prolata: miſeri damnati: tantum terrorem: tantũ horrorem habebunt: q̄ pre dolore concuſſi ⁊ perterriti: percutiẽt pectora ſua facies ⁊ capita. Eiulabunt: clamabunt: ⁊ dicent. Heu: heu: heu: cur nati ſumus. Ve nobis quia peccauimus. Ve nobis quia non obediuimus. Ve nobis quia duri fuimus. Heu maledicta dies conceptionis nr̃e. Maledicti ſint anni nr̃e nutritionis. maledictum ſit totum tempus vite noſtre. Cur non ſuffocati fuimus in ventre matris noſtre. O quanta erit eorum triſtitia. O quãtus dolor. O quanta afflictio cũ proſpicient ſe eſſe ſeparatos a maieſtate diuina: a conſortio ſanctorum: a ſocietate electorum. Heu quia ſeparabitur filius a patre: pater cum electis: filius cum damnatis. Heu dico: q̄ filia ſeparabitur a matre: frater a fratre: ſoror a ſorore: amic⁹ ab amico. illi ad gloriam iſti ad penam. illi ad requiem. iſti ad laborem. Illi ad gaudium. iſti ad triſtitiam. Illi cantantes. iſti plorantes. Illi liberi iſti compediti. Ecce q̃z doloroſus q̃z lachrymoſus ⁊ flebilis erit eorum diſceſſus. Deberet profecto quilibet noſtrum talibus ex charitatis viſceribus cõpati: duz in hoc mundo ſumus. ¶ Tertium eſt inferni ſigillatio. Dicet finaliter chriſtus. O terra dilata ⁊ aperi os tuum ⁊ deglutias iſtos peſſimos ⁊ ſceleratiſſimos peccatores ſimul cum omnibus demonijs. Quo dicto aperiet ſe terra vſq3 ad inferni profundum: ⁊ illico omnes reprobi: ⁊ omnes demones eiulantes ⁊ plorantes cadent in fornacez infernalem. Tunc vero claudetur ⁊ ſigillabitur terra pariter ⁊ infernus: in quo demones ſimul cum damnatis omnibus ſine fine cruciabuntur. Electi vero chriſto precedente: cantantes ⁊ pſallentes in paradiſi gloriam intrabunt. Ibũt ergo vt euangeliſta dicit hi. ſ. damnati in ſupplicium eternum. iuſti autem in vitam eternam. Viuentes cum patre ⁊ filio ⁊ ſpirituſancto p̄ infinita ſeculoꝝ ſecl'a. Amẽ.

¶ Feria tertia. prime dñice. De odio. Sermo. xiiij.

Vos feciſtis illã ſpeluncam latronum. Mat. xxi. Nõ eſt aliqua lingua mortalis q̃uis exorna

ta maxima eloquentia eſſet: que ſufficienter exprimere poſſet: q̄ꝫ grauiter atqꝫ horrēdum ſit odij peccatum: per qḋ aīa rōnalis que domus dei: ⁊ templū ſpūs ſancti merito deberet eſſe: deſerto ſummo conditore: ſpelunca fit latronum ⁊ habitaculum demoniorum. Et hoc eſt de quo ſaluator conqueritur dicens. Domus mea domus orationis eſt: vos aūt: ſupple ſequentes execrabile odij peccatum fecistis illā ſpeluncā latronū. Que fuerunt verba aſſumpta: ⁊ in hodierno euāgelio recitata. In quo tria ſingularia documēta habem⁹.

¶ Primū ꝙ ſicut xp̄o ciuitatem intrante ieroſolimorꝰ ꝯmota ē tota ciuitas. ita xp̄o intrante in aīaꝫ per gratiaꝫ: ꝯmouetur tota ad recte viuendum optimeqꝫ operandum. Hoc tangit prima pte euangelij. vbi dicitur. Cum intraſſet ieſus ieroſolimā ⁊c. ¶ Scḋm documētum eſt. ꝙ eccleſia ſancta domus dei eſt. ⁊ domus orationis. ⁊ nō locus negociatōis. Hoc tangit parte ſcḋa. vbi dicit: Dom⁹ mea dom⁹ orationis eſt. ¶ Tertiū documentū dat in vltima parte euāgelij. Relictis illis abijt foras extra ciuitatem. Per qḋ edocemur ꝙ quicunqꝫ vult pficere in vita ſpirituali. neceſſe eſt illum exire ciuitatem cum xp̄o. vt audiat ipm predicantē illud qḋ habet. Mat. v. diligite inimicos veſtros. bñfacite his que oderunt vos. hoc eſt. neminē habeatis odio. De quo tria hoc mane ꝯſiderabimus.

¶ Primo. Diffinitionē.

¶ Scḋo. Malignationē.

¶ Tertio. Speculationē.

¶ Primo odij conſiderare ḋbemus diffinitionē. ſ. Doc. prima ſecunde. q. xlvi. ar. iij. Et q̄onibus ḋ veritate. q. xxv. ar. iij. Et colligitur ab Auguſtino in regula. Et dominus Albertus magnus. ij. ſen̄. Et Tulius in. iiij. Tuſculanarꝫ q̄onuꝫ diffiniens odiuꝫ. ſic ait Odium ē ira inueterata. Et Grego. Odiuꝫ eſt ſeruata ira. vnde Ari. ij. Rhetoricorꝫ dicit. Ira eſt factiua odij. Et Catholicō in ſumma grāmatice diffiniēs odium. inquit. Odium eſt inueterata inimicitia de vltione cogitans. Qua diffinitione prehabita. queritur vtrum odiuꝫ ſit peccatum mortale. Huic q̄oni reſpondent duo preclariſſimi doctores. ſcꝫ. ſ. Tho. xxij. q. xxxij. ar. iiij. Et dñs Albertus magnus. ij. ſen̄. dicentes. odium pximi ē peccatum mortale. Et hoc triplici ratione probatur.

¶ Primo. Rōne trāſgreſſiōis.

¶ Scḋo. Rōne oppoſitiōis.

¶ Tertio. Rōne dānationis.

¶ Primo rōne trāſgreſſiōis ſic.

Quicunqꝫ tranſgredit̄ diuinam legē atqꝫ eius mādata mortaliter peccat. Sꝫ tenēs odiū eſt trāſgreſſor legis dei ⁊ mandatoꝝ eius. ergo mortaliter peccat. Precepit nāqꝫ deus ſua lege vt ꝓximus diligatur. nō vt odio habeat̄. Patet tā in veteri qꝫ i noua lege. Leui. xix. Ne oderis frēm tuū in corde tuo. Et iteꝝ eo. c. Et iteꝝ Leu. xix. Nō queras vltōnem nec memoris iniurie ciuiū tuoꝝ. Eccle. x. Omnis iniurie ꝓximi ne memineris: ⁊ nihil agas in opibus iniurie. Et Exo. xxiij. Si videris aſinū odientis te iacentē ſub onere: non pertranſibis: ſed ſubleuabis cum eo. Et Eccle. xxviij. Qui vindicari vult a deo. inueniet vindictā: ⁊ peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque ꝓximo tuo nocenti te. ⁊ tūc deprecanti tibi peccata ſoluent̄. h ille. Et Saluator Mat. v. Diligite inimicos veſtros. benfacite his qui oderunt vos: ⁊ orate ꝓ perſequentibus ⁊ calumniantibus vos. Hic docet amoroſus xp̄s cor informare erga inimicū. ſ. nō odire: nō ſibi malū deſiderare: ſed diligere docet informare os erga eum: nō detrahendo: nō imprecando: nō infamando: ſed cū benedicēdo: ⁊ ꝓ eo orando. Unde ait. orate. Docet ⁊ informare opus erga eū: nō animā vel corpus vel alia ad inimicū pertinētia ledēdo aut aliter maleficiendo: ſed potius ſeruiendo ei ⁊ benefaciēdo. Et hec digniſſima chriſtianoꝝ vindicta. Hec eſt vltio pioꝝ filioꝝ celeſtis patris. O vindicta glorioſa. O vindicta ſancta. Fac xp̄iane hāc vindictā d tuo inimico: corde: ore: ⁊ ope: ſicut xp̄s tibi ꝑcipit. Jō. Chriſo. de cōpunctōe cordis nobilr̄ dicit. Chriſtus nō ſolū vult nos ignoſcere delinquētib⁹ ſed vt ⁊ amici⁹ eos: ⁊ ardentius ꝓ eis. Nā ſi inimicō nō ledas eū: q te leſit: auerſas tn̄ te ab eo: nec libenter eū videas: manet ſine dubio vulnus i pectore: ⁊ dolor augeſcit in corde. Nō ſi ita ē: nōdū explet̄ a te: qđ xp̄s mādauit Nūqd vis tibi ꝓpiciū fieri deus. vt nō te qđdē ledat. auertat ſe tn̄ ab ore tuo ⁊ pctōꝝ tuoꝝ memoriā teneat: ⁊ videre te nolebit. Igit̄ q̄lē vis erga te deū eſſe: cū delictoꝝ tuoꝝ veniā poſcis. talē te exhibere debes his qui deliquerūt i te. h ille. ¶ Scđo rōne oppoſitōis ſic. Charitati nihil oppon̄t niſi peccatū mortale: ſꝫ odiū directe opponit̄ charitati: vt ait. ſ. Doc. ḡ odiū eſt pctm̄ mortale: q2 ꝯriat̄ excellentiſſime ꝟtuti charitatis: ſine q̄ nullū op⁹ meritoriū ꝓduci pt̄: vt aplica tuba igt. i. cor. xiij. Si linguis hoīuꝫ loqr̄ ⁊ angeloꝝ: charitatē aūt n̄ habeā: fact⁹ ſum velut es ſonās aut

cimbalū tinnēs. Et ſi habuero pꝛo
phetiam ⁊ nouerim miſteria oīa: ⁊
oēm ſciam: ⁊ ſi habuo oēm fi-
dem: ita vt montes trāſferā. cari
taté aūt nō habuero nil ſum. Et
ſi diſtribuero in cibos pauperum
oēs facultates meas ⁊ tradide-
ro corpus meū ita vt ardeā carita
tem aūt nō habuero nil mihi ꝓ
deſt. Caritas patiens ē benigna
eſt: caritas nō emulat̄ nō agit ꝑ
perā: nō inflat̄: nō eſt ambitioſa. nō
querit que ſua ſunt ⁊c. Ergo ꝯtrariū
eius. ſ. odiū eſt mortale peccatum.
❡ Tertio rōne damnationis ſic.
Nullus dānat̄ eternalr niſi ꝓp
peccatū mortale. ſꝫ habētes odiū
dānant̄ eternaliter. ergo odiū eſt
peccm̄ mortale. Pꝛobat̄ Augu.
de pe. d. iiij. Qui diuini beneficij
oblitus. ſuas vult vindicare iniu-
rias. ſ. ꝓpter odiū conceptū: nō ſo
lum de futuris peccati veniā nō
merebit̄: ſed etiā preterita que iā
ſibi dimiſſa credebat: ī vindictā
ei replicabunt̄. h ibi. Vt dic̄ glo.
q: dānabitur per peccatū odij ſe-
quentis: ac ſi non fuiſſet ei dimiſ-
ſum aliqđ peccatū.

S Ecund principa-
liter ꝯſiderare de-
bemus odij mali-
gnatioēs. Nā tres
ſūt ꝓnoales odij
malignitates.

❡ Pꝛima eſt legis nālis ꝯtrariatiua.
❡ Scđa eſt cordis obduratiua.
❡ Tertia ē crudelitatꝫ inductiua.
❡ Pꝛima malignitas: q: odiū eſt
legis naturalis ꝯtrariuū. Ubi no-
tandū ſm̄ Theo. maxime ꝓut col
ligit̄ ex dictis. ſ. Tho. pꝛima ſcđe.
q. lxxxi. Lex naturalis ſic diffini
tur. Lex nālis eſt regula naturalis
rōnis directiua humanoꝝ actuū.
hec ibi. Cuius quidē obſeruatiōe
vt dicit. Phs. i. Politicoꝝ. Hō
eſt optimū aīaliū: ⁊ ſeparatus a lege
⁊ iuſticia eſt peſſimū. Hec aūt lex
clamat. Quod tibi nō vis fieri al
teri ne facias. Nolles. n. eē ī odio
alterius. nolles ꝙ aliqs ꝯ te vindi
ctā faceret. igit̄ ⁊ tu odiū dimitte:
⁊ alteri vindictā ne machineris.
ſed oēs hoīes dilige oībus bñfaci
to. oēs amicos habeto. q: vt phs
inqt. viij. Ethi. Ois hō eſt oī hoī
naturalr amicus. Iteꝝ Ari. ibidē.
Oēs hoīes eiuſdē gentis. natura
liter ſunt amici. vñ naturalr xpia-
nus ē amicus oīuꝫ xpianoꝝ. De
hac lege naturali dr̄. ff. de iuſticia
⁊ iure. l. vt vin. Cū. n. cognationē
q̄ſdā inter hoīes natura ꝯſtituerit.
ꝯñs ē hoīeꝫ hoī inſidiari nephas
eſſe hibi. Et h ꝓp ſilitudinē natu
re ⁊ cultus. vñ Ari. viij. Ethi. dic̄
Simile naturalr diligit ſibi ſimile.
Qui igit̄ nō amat ꝓximū. ſed euꝫ
odit. peruerſus atqꝫ malignus eſt

agens ꝯ ordinē legis naturalis. ſic
ei⁹ inimicus atqꝫ ꝯrius. Hac lege
naturali illuſtratus Ceſar. vt ait
Aug. ī epl'a ad Marcellinū. oīuꝫ
reminiſci ſolebat. ꝑter iniuriaruꝫ.
Et. xij. de ci. d. allegat Tulliū dicē
tē. Nulla o Ceſar de tuis ꝟtuti
b⁹ nec mirabilior: nec gratior: miſi
cordia ē. Hic Julius Ceſar viſo
capite Pōpei inimici ſui fleuit.
Hac lege doct⁹ Alexāder ſugge
rēte Ariſto. vt offenſori ſuo pce
ret: ꝯ quē erat indignat⁹ libere di
miſit. Hac lege ductus Antigon⁹
rex Pirrhi eius inimici caput: ⁊
corpus honorifice ſepeliens: eius
filiū ad frēm Antigoni liberū re
miſit: vt Valerius ait. Et ī lib. iiij.
mlia hmōi recitat exēpla. Hac le
ge zeno ph's cuidā ſibi maledicēti
inqt. Tu didiciſti maledicē: ⁊ ego
didici maledicta ꝯtēnere. Hac le
ge Diogenes vt recitat Seneca
lib. de ira. Spuēti ſibi in facie cuꝫ
impetu. Lētulo depoſito odio: in
quit. Affirmabo o Lentule dein
ceps eos decipi: qui dicūt te os nō
hre. Hac lege ait. Seneca lib. de
quattuor ꝟtutib⁹. Si magnus fue
ris nūqꝫ iudicabis tibi ꝯtumeliaꝫ
fieri. ⁊ d' inimico dices. Nō nocu
itꝫ aīum nocēdi habuit. Et cū il
lū in ptāte tua videris vindictam
putabis vindicare potuiſſe. Sci
as enim honeſtū ⁊ magnū genus
vindicte eſſe ignoſcere. hec ille.
vn̄ ⁊ Lactantius lib. vi. c. x. De⁹
enim qui ceteris aīalibus ſapiam
nō dedit: naturalib⁹ ea muninē
tis ab incurſu ⁊ ꝑiculo tutiora ge
nerauit. Hoīem vero: q: nudum
fragileqꝫ formauit: vt eū ſapiētiā
potius inſtrueret: dedit ei preter
cetera: humane pietatꝭ affectū: vt
hō hoīem tueat. diligat: foueat: cō
traqꝫ oīa pericula ⁊ accipiat ⁊ p
ſtet auxiliū. hec ille. ¶ Scd'a mali
gnitas: q: odiū eſt cordis obdura
tiuū. Adeo cor odiētis induratur
vt de ipſo merito dici poſſit illud
Job. xli. Cor eius idurabit quaſi
lapis. vn̄ odiū eſt ſimile veneno: q
mortuus fuit Trayanus impator:
de quo mortuo legitur exhumatū
eſt corpus eius: vt medici viderēt
cauſam ſue mortis. Et inuentū eſt
cor eius duꝝ quaſi lapis: qđ ex il
lo veneno proceſſerat. Conditio
nes autē duri cordis ponit Ber
nardus in libro de conſideratio
ne dicens. Cor durum eſt: qđ cō
tritione non ſcinditur: pietate nō
emollitur: precibus non flecti
tur: minis non cedit: flagellis
obdurat. Hec omnia videntur
impleri in odiente. Unde cor eius
non poteſt habere contritionem:
nec in confeſſione conuertitur:
aut abſoluitur: nec veniam pe
tit: nec cōmunionem ſuſcipit. Ex

p̄cesse enim dicitur.de pe.di.v.c. Falsas q̄ talis.s. qui odiū tenet in corde: admitti nō d3 ad penitentiā .s. q̄ absoluat a cōfessore. Et quā to magis permanet in odio tanto magis obduratur. Pietate nō emolitur talis: q: etsi videat inimicū in aduersitate nō cōpatitur: s3 appetit ei maiora mala vsq3 ad consumptionē: sicut iudei odientes xp̄m: nō fuerunt moti pietate: cū viderent eū terribiliter flagellatū: q̄d fecerat Pylatus. vt eos ad pietatem flecteret: sed eum oīno volue runt crucifigi: vt de eius opprobrijs et penis saturarentur. Nec flectitur precibus odiens. Nā3 licet amici: vicini: religiosi: p̄lati deprecentur tales. vt odia dimittat et inimicitias: nō acquiescunt: imo nec precibus eius quē oderūt: tiā iniuste. flectuntur: sicut nec iudei preci bus Stephani orāns pro lapidātibus. flecti potuerunt: quē iniuste odibant. s. ꝓpter sapientiā: virtutes. et miracula. Non cedit minis odiens: q: l3 fiant ei a predatoribus mine multoꝝ maloꝝ q̄ deus odienti inferre vult: et eternā dānationis eterne: nō videntur curare. Flagellis obduratur. Incurrit enī3 dāna et īfirmitates: mortē amicis sentit: et tñ in obstinatiōe durat. Et ideo Eccle.iij. Cor duꝝ habebit male in nouissimo: q: in morte odio obduratus decedens a demone cruciandus in infernum descendet. ¶ Tertia malignitas: q: odium est crudelitatis inductiuū. Nulli enim sinit parcere odium: nec amico: nec consanguineo. Chaym sic ex odio crudelis fact9 est: vt nō parceret germano abel. Egyptij qui oderant hebreos: vt habetur. Exo.i. Affligebāt eos multis modis et opprobrijs: adeo in eos crudeles effecti: vt mandaret Pharao oēs marces qui nascebantur interfici siue in flumine submergi. Quod quid crudelius esse pōt? Iratū herodes ex odio quē cōcepit ad regē iudeoꝝ nup natum. s. xp̄m. vt eū occideret: iussit oēs pueros etiā3 filios proprios occidi a bymatu et infra. in finib9 bethleem repertos. Tanta ē odiētis crudelitas: vt et seipsū3 cruciet et occidet. Lancea longini nō fuit ita crudelis sicut odium. Ipsa corpus mortuum cōfodit: odium autem viuens corpus et viuentē anima3 transuerberat. Et certe odio sus est crudelior omni bestia silue stri: que feritate deposita sepe mitescit. Odiēs aūt nequaq3. vnde Augu.xij. de ci.d. Neq3 vnq3 inter seleones aut dracones qualia hoīes inter se bella gerūt. Ex hoc aūt sequitur: dum ipse alijs sit crudelis: offensiones nō dimittens.

ſibi deus minime peccata dimit-
tat. ſm illud. Mat. vi. Si eniz di
miſeritis hoibus peccata eoꝝ: di
mittet ⁊ vobis pater veſter cele-
ſtis peccata veſtra. Si aũt non di
miſeritis hoibus: nec pater veſter
celeſtis dimittet peccata veſtra.
Et Mat. xviij: Sic ⁊ pater me⁹
celeſtis faciet vobis: ſi nõ remiſe-
ritis vnuſqſqz fratri ſuo de cordi
bus veſtris. Sup quo Chriſo. ait.
Tanta ẽ differẽtia peccatoꝝ que
cõmittunt in deũ ⁊ hoiem: quãta
differẽtia eſt decẽ miliũ talentoꝝ:
⁊ centũ denarioꝝ. Et Ecc. xxviij.
Homo hoi ſeruat iram: ⁊ a deo
querit medelaz. Ecõtrario: cogit
deus ſi dimittis alijs. vt tibi di-
mittat. Mat. vi. Dimitte nobis
debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimitti-
mus debitoribus noſtris. Super
quo v̄bo libet paululũ imorari.
O tu q habes odiũ: q nõ vis par
cere nec vis pacificare te cũ illo q
te offendit: dic mihi queſo. Quõ
oras: Quid petis in tua oratiõe:
Ha certe ↄtra te oras. Contra te
deũ inuocas: ↄtra te gladiũ diui-
ne iuſticie acuis. Patet. Nam in
tua oratione dicis. Dimitte nobis
debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimitti-
mus debitoribus noſtris. Aduer
tis ne miſer ĩme qd petis Nõ q-
dem: quia ſi aduerteres: minime
faceres. Tu petis dñm. dicens.
Dñe ita dimittas peccata mea: ſi
cut ego primo: ſed decreui nunq̃z
dimittere: rogo ſic ⁊ tu nunq̃z di
mittas mihi. Hõne M. Tulius:
videt deſcẽdiſſe in libꝛo. iij. de fi
nibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ: vbi chꝛi-
ſtianiſſime locut⁹ ait Minime
aũt ↄuenit: cũ ipſi inter nos abie-
cti neglectiqz ſimus poſtulare: vt
dijs imoꝛtalibus cari ſimus ⁊ ab
his diligamur: hec ille. vñ Augu.
in ſermone. Ad dilectionẽ inimi-
coꝝ. Uos admoneo: q: ad ſanãdã
peccatoꝝ vulnera: multũ hoc me-
dicamentũ vtilius eſſe cognoſco.
Et iteꝝ Aug. O quicunqz es: tu
attendis quid fecerit tibi hõ: ⁊ nõ
attendis qd tu feceris deo. Qua
re ergo nõ dimittis hoi parũ: vt
tibi deus dignet dimittere multũ.
hec ille. Et iteꝝ Augu. Diligere
inimicos grandis eſt laboꝛ in hoc
ſeculo: ſed grande premiũ in futu
ro: q: per amoꝛẽ hois inimici effi
ceris dei amicus: hec ille. Dimit-
tenda ergo eſt crudelitas in pꝛoxi
mũ: ne dei crudelitas ſeuiat erga
te: ſed pium ⁊ placatũ celeſtẽ pa-
trem ſentias: Et vt facilius mite-
ſcere poſſis: oi feritate depoſita: ſi
te rõ naturalis ⁊ auctoritates non
emolliũt: ↄſidera ſanctos ⁊ ſactas
xp̄m imitãtes: qui cũ paterent nõ
cõminabant: cũ maledicerent nõ
maledicebãt. Uos eqdeꝫ dimiſſo

odio ⁊ crudelitate:cōtrarios ini-
micos dilexerint. Audi mirabile
exemplū.¶ Legit̄ de.ſ. Johāne
guilberto:ꝙ cū eſſet miles:⁊ ini-
micitias hēret mortales ad quen
dā:q occiderat auūculū ſuū: vna
dierū:cū eſſet armis accinctus ⁊
iueniſſet inimicū ſuū ſolū ⁊ iner-
mē aggreſſus eſt cū:vt interfice-
ret. Quō ille intuens cū nō poſſet
euadere proſtrauit ſe rogans eū:
vt ob amorē illius:qui tali die pro
nobis paſſus erat ſibi ignoſceret.
Erat enim illa die feria.vi. Ad cu
ius preces emollitū ē cor militis.
Et amoris odio dixit. Ob morē
crucifixi:tali die ꝓ nobis mortui:
nō poſſum facere quin tibi indul
geā. Oēm igit̄ tibi iniuriā cordia
liter remitto. Uiue ſecurus ⁊ age
bonū. Poſt hoc cū acceſſiſſet ad
eccleſiā ſancti Miniatis ꝑe flo
rentiā:in monticulo vbi nunc mo
rant̄ frēs oliuā:orāti ipſi Jo-
hāni ad imaginem crucifixi:ipſa
imago iclinauit ſibi caput:q̄ſi gra
tias ageret de iiuria dimiſ:inimi
co ꝓpter eū. Et adhuc oñd̄ talis
imago:quā ⁊ ego ipſe vidi ī indi
gnus. Et tūc ita ꝯuerſus ē iſte Jo
hānes guilbert⁹ ad deū:dimiſ
ſo ſeculo:ordinē iſtituit ſpūalē.ſ.
vallis vmbroſe:⁊ miraculis multis
clarus ab eccleſia ē canonizatus.
¶ Aliud quoq; exēplū feliciter
recitat̄. Cū.n. quadā die fili⁹ vni
cus dñe Lucie de piſis iret ad ꝓ
dicationē fuit iterfectus. Et vt in
terfector euaderet furorē curie fu
giēs:caſu itrauit domū matris fi
lij interfecti quē illa abſcōdit. Et
ecce delatū fuit corpus filij ſangui
nolentum. Hic cogita dolorē ma
tris. Habet i domo iterfectū ⁊ i
terfectorē. Cōſidera ꝙ ſpūs mal⁹
ſuggerebat:vt ipm homicidā tra
deret curie occidēdū:tn̄ patienter
tulit odiū nullū concipiēs. Currit
multitudo ad viſitandū meſtā ma
trē.tandē fili⁹ defunctus ſepelit̄.
Quo peracto vocat mater homi
cidā.eū icrepās.cū filiū vnicū occi
diſſet. Et ille tremens. veniā pete
bat. At pia ⁊ xp̄iana mater.ſubiū
xit. Ego ob amorem xp̄i.tibi oēs
iiuriā remitto. Et nocte ſequenti
aptato equo ⁊ homicida bñ indu
to occulte dimiſit eū. ¶ Aliud exē
plū narrat̄. Quidā miles cuius
frater carnal̄ fuerat occiſus a quo
dā.obuiauit ipſi homicide.die ve
neris ſcti.q nudus cū corrigia ad
collū:ante militē genibus flexis.
amore paſſiōis ieſu xp̄i. veniam
petijt. At ille cōpunctus. āplexās
homicidā cordialiter remiſit.eūq;
induit ꝓprijs veſtibus ⁊ ait. Ego
amore ieſu chriſti tibi parco i ter-
ra.⁊ ipſe tibi parcat i celis. Uolo
i ſup te recipere in fratrē loco fra

tris mei quē occidiſti. Nocte vo ſequenti apparuit huic in ſomnijs chriſtus ⁊ dixit. Scias certo fili: ꝓpter tam pium opus venieqꝫ animā patris ac fratris tui purgatoriuꝫ euaſiſſe. Et tu venies ad me octaua die. Et ſic factū eſt. Mortuus enim celoꝝ regna introiuit. Uide exempla. O duriſſime hō. Iſti erant hoīes ſicut ⁊ tu offenſi pluſqꝫ tu. Cur ergo non molleſcis. Cur ⁊ tu non remittis. Cur odium nō deponis. Cur lachrymis inimicuꝫ nō cōplecteris. Iaꝫ tēpus eſt: vt ſaxeuꝫ cor dulceſcat. Ecce auctoritates. Ecce rationes. Ecce exēpla que ꝓuocāt. ꝑ dona igiť ꝑdona. Quere offenſorē hodie: ⁊ dali ꝑdonanza. Et ſi te non mouēt humana exēpla: reſpice o duriſſimuꝫ hoīs cor. Intuere exēplum qđ tibi xp̄s in cruce pēdēs oſtēdit. In quo tria ꝯſiderare debes: que lapideos: ne duꝫ corda hominū mouere ⁊ ꝯſtringere debēt. Primuꝫ intuendū ē affectus cordis. Scđm vbuꝫ oris. Tertiuꝫ eſt actus opis. Primo igiť ꝯtēplare affectum cordis: quo tanta flāma amoris ardebat: vt ꝓ ſalute ſuoꝝ inimicoꝝ voluntarie ſe obtulerit morti ꝓ offendētibꝰ: ſanguinē: animā: ⁊ corpus expoſuerit. Et qđeꝫ tam libere ⁊ ꝓmpte ac largiter vt dicat Iſa. liij. Oblatus eſt q: ipſe voluit. Ex ſe eniꝫ moriens: oēs inimicos ſaluare voluit: licet inimicorum ⁊ peccatoꝝ exigentibꝰ culpis: paſſionis fructꝰ a multis ipſorum nō percipiať. Scđo dulcius ꝯtēplare verbum oris. Scriptuꝫ qppe eſt. Mat. xij. Ex abundantia cordis os loquiť. Quid igitur ait. Pater ignoſce illis q: neſciūt qđ faciunt. O ineſtimabilis dignatio redēptoris. O icōprehēſibilis latitudo ſui amoris. Nā hoc loco ait Bernar. ſup Can. Flagellis ceſus ſpinis coronatꝰ clauis ꝯfoſſus patibulo affixus: obprobrijs ſaturatus oīum in immemor dolorꝫ inquit. Pater ignoſce: pater inqt dulciſſime: pater amantiſſime. pat ꝯſideratiſſime. A primo noīe amoroſus filiꝰ cepit. Et ſuo blādiēs genitori tali filio: nihil ōberē negari ꝯcludit. Deniqꝫ efficaciſſime petit. d. ignoſce. Nec ait. examina ꝯſidera. pōdera. ſꝫ ignoſce: vt nos doceat noſtras offenſas nō examinare: nec ēt ꝯſiderare: ſꝫ oīa obliuiōi tradere: ⁊ toto corde: ⁊ pleno ore: atqꝫ efficaci opere indulgere: hec ille. Inſup ⁊ viſcera cordialis cōpaſſionis effundens: ſuper crucifigentes eum ait. Neſciunt quid faciūt. ſunt ceci. ſunt infirmi. ſunt corrupti. neſciūt. ſ. bn̄ficiū creatōis. redemptionis. glorificatiōis. Neſciunt eternam penam ſibi para-

tam. Tertio cōtēplare actū opis q̄ oīs actus pſidentis chriſti clamat pietatē: miſericordiā: amorē. Nā caput h̄ꝫ iclinatum ad oſculandū. manus extēſas ad largiendum. latus apertū ad diligendū. pedes confixos ad tecū cōmorandū: totum corpꝰ extēſum: ad totū ſe largiendū: vt ꝛ tu qui iniurias paſſus es ꝯcas pro amore eiꝰ indulgere: qui morte tui dignatꝰ eſt mori. Quis igit̄ tā crudelis: tā ferreus. qui a hoc nō attendat: qui nō cōmoratur ad iniuriarū remiſſionem: Refert enim Ugo de prato. Pio. dicentē: q̄ illud verbū ignoſc. fuit tante pietatis ꝛ efficacie in aurib⁹ audientium q̄ fere quinq̄ milia hominū hoc verbo audito ad chriſtum conuerſi ſunt. O obſtinatiſſime. O duriſſime. O crudeliſſime homo. lapides poſt hoc dnice verbum ſciſſi ſunt: ꝛ tu lapideus remanes.

Tertio principaliter conſiderare debemus odij ſpecificationē. Ubi pro maiori vtilitate audientium ꝛ informatiōe conſcientiarū particularizādo. duodecim modos ſpecificabimus. in quib⁹ odiū eſt peccatū mortale. ordinādumq̄ ad praticā. Primus modus odij dicitur ſubſtantiatiuus: cum aliquis appetit ex odio radicato: q̄ ille quem odit amittat in toto vel in parte ſubſtantiam temporalem: aut qd̄ grauius ē. ad hoc operatur: vel per ſe vel per aliū: ſemper peccat mortaliter. Secundus modus odij dicitur infamatiuus. Cum aliquis ex odio detrahit illi quem odit: vel bona de illo peruertit. dicens nō facta eē: ſiue mala intentione fuiſſe facta. ſemp peccat mortaliter. Terti⁹ modus dr̄ priuatiuus. Cū aliq̄s cupit ex odio: vt ille quē odit pellat̄ ex patria: vl̄ qū peiꝰ ē: ad h̄ dat operā priuatim vel publice ſemp peccat mortalr̄. Quartus modus odij dr̄ familiatiuus: cū aliq̄s appetit mala in familia illius quem odit: vt īfirmitates filiorū: ſeccūdiam vxoris: ꝛ iniurias eorū ſemper peccat mortalr̄. de huiuſmodi aduertēs. Quint⁹ modus odij dr̄ libertatiuus. Cū aliq̄s appetit ex odio vt ille quē odit libertate priuetur: q̄ ponat̄ in carcerē: vel in ſeruitutē redigat̄: ſiue a thecueris capiat̄. ꝛ huiuſmodi. ſemp ī talibus deſiderijs ē pctm̄ mortale. Sextus modus odij dr̄ corporatiuus. Cū aliquis ex odio appetit q̄ ille quē odit īfirmet̄ peſte: cancro: vel ſibi īprecat̄ mortē ac maledictiōes corporales: lꝫ ipſe nolit vel nō audet occidere: aut occidi facere: ſemp

in huiuſmodi deſiderijs ſeu verbis ipꝛecatiuis cū aduertit peccat moꝛtalr: ⁊ ē homicida: iuxta illud pꝛi. Jo. iij. Qui odit fratrē ſuū homicida ē. ¶ Septim⁹ modus odij dicit aīatiuus. Cum aliqs cupit ex odio ꝙ aīa illi⁹ quē odit vadat ad īfernū: vl' nollet eā ſociā ſecū ī paradiſo ſemper. ī talib⁹ deſiderijs moꝛtaliſſime peccat. ¶ Octauus modus odij dicit excluſiuus. Cū aliquis faciēs orōnes itēdit ī ſua orōne excludere illū quē odit. quoties h ſibi ante orōnē: vl' ī orōne: aut poſt orōnē occurrit ſcđm .ſ. Tho. moꝛtalr peccat. ¶ Non⁹ modus odij dicit pparatiu⁹. Cū aliqs hēt aīuꝫ ita tumidū ꝯ quē odit: vt ſit pparat⁹ ⁊ diſpoſitus ēt ſi videret ipꝫ in extrema neceſſitate ei non ſubuenire: peccat moꝛtaliter ſcđm .ſ. Tho. quotiēs hoc aduertēter occurrit. ¶ Decim⁹ modus odij dicit dignificatiuus. Cū aliqs vellet: ꝙ ille quē odit ſuis dignitatib⁹: ſuis officijs: ſuis gradib⁹ pꝛiuaret: ⁊ cū ipꝫ ī talibus videt ex odio crepat: ſep ī talib⁹ cogitatiōib⁹ aduertēter moꝛtalr peccat. ¶ Undecim⁹ modus odij dicit virtuoſiu⁹. Cū aliqs ex odio dolet: aut nollet illū quem odit hēre aliquā virtutē: humilitatē: patiētiā: liberalitatē: ſcītatē: doctrinā: ſapiētiā: foꝛtitudinē ⁊ ſilia. ſemp peccat moꝛtalr. ¶ Duodecim⁹ modus odij dicit iplacatiuus. Cū aliqs diſponit nunqꝫ facē pacē: ſꝫ ī odio remanere: vl' nō vult placari: nec ꝯſilijs: nec pcib⁹: nec pmiſſis: nec ex odio vult ſecū loqꝛ: nec ex odio vult illū ſalutare aut reſpicere: vl' nō vult pcere: ſi veniā petit: aut petere fac̄ ab illo ꝯ quē hēt odiū: imo vult ī odio durare ⁊ pſiſtē: ſemp moꝛtalr peccat Dic̄ dns archieps ꝙ nunqꝫ licet odiū ferre: ⁊ ſi petit venia debet ⁊ tenet dare. Et h generalr nō. ꝙ quotiēſcūqꝫ cogitatio odij pximi vl' inimici alicui occurrit aīo deliberato ⁊ nō diſponit remittē odiū vl' iniurias: totiēs moꝛtalr peccat. vn̄ ē poſſibile ꝙ aliqs odiēs aliquē ī vna die peccet moꝛtalr ducētis vicib⁹ ⁊ trecētis. Et qđ ī ſeptimana: qđ ī mēſe: qđ ī annos: Heu īſdix aīa a dyabolo exceccata. Jn capite āni erūt qdāmō innumera pctā moꝛtalia. Et hec ē magna cecitas ſpūal. de q̄ dr pꝛi. Jo. Qui odit frēꝫ ſuuꝫ ī tenebꝛis ē: ⁊ ī tenebꝛis ābulat ⁊ neſcit quo eat. ꝙ tenebꝛe obſcurauerunt oculos ei⁹. h ille. Et ex h cōpꝛehendi pōt qnāte gūitatꝫ ſit odiū: rācoꝛ: maliuolētia. Cōſideret g̃ qſqꝫ ꝯſciaꝫ ſuaꝫ. Examiet piculū ī quo pſiſtit: libꝛet ꝯtinuas offenſiōes q̄ deo in odio pximi fiūt. Exeat iā ex h vicioꝝ baratro: odiū deponat: amo

re ꝛ pace primum amplectatur. Et vocē dulciſſimā apl̄i audiet ac implebit .ij. Cor. xiij. Gaudete: pfecti eſtote: pacē habete: ꝛ de⁹ pacis ꝛ dilectionis erit vobiſcum. hic. ſ. p gratiā ꝛ in celo per gloriā: qui eſt benedict⁹ in ſeculoꝝ ſecula. Amē.

¶ Feria quarta p̄ime dn̄ice. De malo cōſenſu. Sermo. xv.

Generatio mala ꝛ adultera ſignū q̄rit Mat. xij. Fundamētū oīum opum maloꝝ atqꝫ bonorū ē cōſenſus voluntatis ſine quo nullus act⁹ humanus meritorius vel demeritorius eē pōt. vn̄ Augu. libro retracta. ait. Voluntas ē qua peccat ꝛ recte viuitur. h ille. Recte quippe viuere quis dr̄ qn̄ voluntas eius ꝯſentit in bonum. Peccare āt quis phibet: cū voluntas ei⁹ ꝯſentit in malū: put faciebat generatio mala ꝛ adultera multoꝝ: qui cōuenerāt ꝛ aſſenſum prebuerāt ad q̄rēdū ſignū a xpo ex malignitate non ex deuotione. Hoc ē qđ tangit in themate euāgelij hodierni. In quo tria documēta habem⁹. ¶ Primū documētū ē q nullus debet eē tante temeritatis vt a dn̄o ieſu ſignum aut miraculū ex curioſitate q̄rere preſumat. Hoc tāgit prima pte euāgelij ibi. Acceſſerunt ad ieſū ſcribe ꝛ phariſei. ¶ Scd̄m documētū eſt q qlibꝫ poſt recidiuationē durior efficit: ꝛ nō tm̄ ab vno ſed a plurib⁹ ꝛ nequiorib⁹ ſpiritibus poſſidet. Hoc tāgit. p. ſcd̄a euāgelij. ibi. Cū immundus ſpiritus exierit ꝛc. ¶ Tertium documentū eſt q quicunqꝫ facit volūtatē ſummi prīs ipſi xpo frater: ſoror ꝛ mr̄ ē. Hoc tangit vltiā parte euāgelij. ibi. Quicunqꝫ fecerit voluntatē ꝛc. Qđ precipue fit qn̄ hō nō hēt aliquē malū cōſenſū. De quo malo ꝯſenſu tria conſiderabimus.

¶ Primo. diffinitionem.

¶ Scd̄o. grauationem.

¶ Tertio. ſpecificationem.

¶ Primo cōſenſus mali conſiderare debem⁹ diffinitionē. Nā vt colligit ex dictis. ſ. Hoc. pma ſcd̄e q. xv. ꝛ q. lxxiiij. ar. vij. ꝛ. xxij. q. clxxx. ar. vij. Et. q̄ōnib⁹ de malo. q. xv. Et mr̄i Raynerij in ſumma ſue prime ptis. magr̄aliter ſic diffinitur. Cōſenſus malus ē irregulat⁹ act⁹ intellect⁹ vl rōnis ꝛ voluntatis ad fruēdū creatura. In hac diffinitiōe p̄ ponit cā formalis que ē irregulat⁹ act⁹: q3 dicit eēntiā mali conſenſus. Eſſentia. n. cuiuslibet rei dr̄ forma toti⁹: vt pꝫ p phm vij. metha. ¶ Secūdo. ponit cā efficiēs cuꝫ dr̄ intellect⁹ vel rōnis. Intellect⁹. n. apprehēdit ꝛ delibe

rat illicitas paſſiones: vel illicitos
act⁹: ut homicidiū: luxuriā ⁊ hu-
iuſmodi. vel q̄ñ nō reprimit illici-
tū paſſiōis motū: ſicut cū aliquis
poſtq̄ deꝓhēderit: ꝙ mot⁹ paſſi
onis iſurgēs ē iordiatus ꝯ dei p̄-
cepta tñ circa ipſū deliberate imo-
ratᷣ: ⁊ ipm nō repellit. ¶ Tertio
ponit cā mālis cū dr̄. Voluntatᷣ.
voluntas eni ē ſubiectum peccati.
ſubiectū dico liberꝝ: q: vt ait ph̄s
iij. ethi. Nō ē dn̄s ⁊ pncipiū ſua
rū opationū. Hoc idē ij. phi. ix.
Metha. ⁊ ij. piar. Et iterum. iij.
ethi. Nos ſum⁹ dn̄i opationū no
ſtrarū. Conſenſus igiᷣ malus ē in
rōne ſic i apphēdēte: dirigente: ⁊
iudicāte. In voluntāte xō ſic i ac
ceptāte ⁊ termināte. Vñ Augu.
lib. de mēdacio. Cōſenſus ē q̄ñ ap
probat⁹ ⁊ volum⁹: nec ꝯſenſus ē
vbi nō ē approbatio. Et Dama-
ſcen⁹. ij. li. ſen. dicit. Si aliqs iudi
cat ⁊ nō diligit: nō velit ⁊ non ap
probet: ꝗ ſit ibi ſenſus: nō tñ ē ibi
ꝯſenſus. h ille. Cōſenſus igiᷣ idē
ē qḋ ſiml' ſenſus: ⁊ cōſentire idē ē
qḋ ſimul ſentire: vt Augu. inquit
in li. de mēdacio. Et in decretis
xxix. q. i. c. His ita. vbi dr̄. Cōſen
ſus. i. ſiml' ſenſus. Nā i iſto ꝯcur-
rit act⁹ rōnis ⁊ volūtatᷣ: q: rō ap
ꝓhēdit: iudicat ⁊ delibera: volūtas
ꝟo acceptat ⁊ determiat. ¶ Quar
to ponit cā finalē cū dr̄. Ad fruen
dū creatura. Nā finis ei⁹ q̄ ꝯſen-
tit i actū malū ē: vt delectet i reb⁹
viſibilib⁹ ⁊ trāſitorijs. Auar⁹ i di
uitijs: ſupb⁹ i ābitōe honoꝝ: iracū
dus i vīdicādo: ⁊ ſic i cetis. Vñ
ꝯ Lactā. de ira dei. c. vltio. Nō ē
ꝓbās hoiē relicto dō ſenſus ac vi
te datore: ſ terenis fragilibuſqꝫ fa
mulari: aut ꝗrēdis tpalib⁹ bōis in
herētem ab inocētia ⁊ pietate di
ſcedere. hec ille.

Secundo pncipalr̄ mali conſenſus cō
ſiderare debem⁹
grauationē. Pro
cui⁹ declaratione
ſciēdū ē. ꝙ ꝯſenſus deliberāt⁹ i id
qḋ de genere ſuo ē mortale: ⁊ ipſe
ꝯſenſus ē mortale: ſicut ꝯſenſus i
fornicationē in homicidiū ⁊ huiuſ
modi. ⁊ h̄ triplici ratiōe ꝓbaᷣ.
¶ Prio. rōne ſeparatiōis.
¶ Scdo rōne maculationis.
¶ Tertio. rōne dānatiōis.
¶ Prio igiᷣ ꝓbaᷣ ꝙ ſolus ꝯſen
ſus dliberat⁹ i pctūm mortale eſt
mortale rōne ſepatiōis ſic. Nihil
ſepat hoiē a dulciſſimo ⁊ bn̄gniſ
ſimo dō: niſi pctū mortale. iuxta
illḋ Iſa. lix. Iniqtates vr̄e diuiſe-
rūt inter vos ⁊ deū vr̄m ⁊ pctā vr̄a
abſcōderūt faciē ei⁹ a vobis vt nō
exaudiret. ſꝫ ſolus ꝯſenſus in pctū
mortale: ſepat hoiem a dulciſſimo
⁊ benigniſſimo deo: vt ſcribitur

Sap.i.perverſe cogitatiões ſepa-
rant a deo. Et iteru ibidē. Spūs
eni ſctūs diſcipline effugiet fictum
et auferet ſea cogitationibus que
ſunt ſine intellectu. ergo ſolus con
ſenſus in peccatū mortale: eſt pec
catum mortale. ¶ Secūdo idem
probat ratione maculationis. ſic.
Nihil inſert aīe rationali macu-
lam niſi peccatum mortale: ſed ſo
lus ꝯſenſus ſiue ſola cogitatio de-
liberata in peccatū mortale: inſert
maculā anime rationali: ergo ſo-
lus ꝯſenſus in peccatum mortale:
eſt peccatum mortale. Maior: pꝫ
per .ſ. Doc. prima ſcđa.q. lxxxvi.
dicit. Macula aufert nitorē grē.
Qđ fit ꝓprie ꝑ peccatū mortale.
Minor: probat per dictū chriſti.
Mat.xv. Cogitationes male: ſūt
que coinquinant hoīem. Et ideo
ad lavandum maculā anime: pre
cipit deus auferri malas cogitati-
ones Iſa.i.di. Lavamini mundi
eſtote: auferte malū cogitationū
veſtrarum ab oculis meis. Et Gre.
de pe.di.ij. Interhec ait. Nequa
q̄ꝫ imunda cogitatio maculat: cū
pulſat: ſed maculat cum animum
ſuperat: ergo ſolus ꝯſenſus imor
tale: ratione maculationis: ē pec-
catum mortale. ¶ Tertio idem ꝓ
batur ratione dānationis. ſic. Il
lud propter qđ hō eternaliter
dānatur eſt peccatū mortale: ſed
conſenſus ſolus immortale: eſt id
ꝓpter qđ homo eternaliter dam
natur: ergo conſenſus in peccatū
mortale eſt mortale. Minor: pro-
bat. Levitici.xxij. Succidā ipm .ſ.
hoīem peccatorem: et omnes qui
conſenſerunt ei vt fornicaret cum
Moloch. de medio populi ſui.
Et.ij. Theſa.ij. Iudicent omnes
qui nō crediderunt veritati: ſꝫ con
ſenſerunt iniquitati. Et Actuū.v.
Quotquot conſenſerunt iude ga
lileo diſperſi ſunt. Et Augu.xij. de
trini. Si conſenſus illecebre volu
ptatis ſola cogitatione delectatōia
ꝯtentus eſt. hō habendū exiſtimo
velut cibum vetitum ſola mulier
comederit. Et infra. Totus ho-
mo dānabitur per huiuſmōi que
ſine volūtate operandi: ſed tamē
cum volūtate aīum talibus oble
ctandi: ſolius cogitationis ſciunt
eſſe peccata: niſi per gratiā xp̄i re
mittantur. hec ille. Ergo ꝯſenſus
deliberatus ſiue cogitatio delibe-
rata in peccatum mortale: eſt pec
catum mortale. Legitur Thobi.
vi. et.xij.c. De ſeptem viris: qui
mox ingreſſi ad Saram ſine per
petrato opere: ab Aſmodeo ſuf-
focati ſunt. Nam eorum cogitatio
erat ꝑverſa et peſſima: ſicut equi et
muli. Audi et notabile exemplum
qđ ſepe legi. Recitatur enim de
quadam muliere extrinſece bonis

operibus dedita aſſidue que ab hoibus ſponſa chriſti reputabať. Mortua ãt apparuit fetens ꝛ turpis. Cũq; interrogareť de eiꝰ ſtatu rñdit. Heu me miſerã: in inferno poſita ſum: nec amplius mihi ſpes ſaluationis ẽ. Et dum diceretur ſibi de tantis bonis operibus a ſe factis. rñdit ꝙ nõ propter aliud damnata erat: niſi propter laſciuas cogitationes ꝛ interiores conſenſus: in quibꝰ delectabať: quãuis corpore caſtiſſima eſſet. Patet propoſitũ: imo nõ ſolum conſenſus in peccatũ mortale deliberatus eſt mortale: ſed etiam conſenſus ex contemptu in peccatum veniale: eſt mortale. Altius dico ſolus conſenſus ex cõtẽptu etiam in re que de ſe non eſt mala: eſt mortale. Exemplum primi. Conſenſus ex contẽptu dicendi verbum ocioſum eſt mortale. Exemplum ſecundi. Conſenſus leuandi feſtucã de terra ex contemptu dei: eſt mortale. Rõ. Illud per quod hominis voluntas renuit ſubijci ordinatiõi legis diuine vel regule: eſt peccatum mortale: ſed conſenſus ſolus ex contemptu eſt id. per quod voluntas renuit ſubijci ordinatiõi legis diuine vel regule: vt patet per ſ. Doc. xxij. q. clxxxvi. ar. ix. vbi ait. Contemptus fit cum volũtas omittentis vel trãſgredientis renuit ſubijci ordinationi legis vel regule: ꝛ ex hoc procedit ad faciendum contra regulam vel legem. vnde Ber. Cõtemptus eſt vbiq; dãnabilis. ergo ꝯſenſus ex contẽptu: eſt peccatum mortale.

citur irremiſſibile ⁊ eoꝝ qui ſunt in peccato finalis impenitentie: pſeuerantes vſqꝫ ad mortem i peccato mortali. qḋ eſt tertia ſpecies peccati in ſpiritumſanctum. Et de huiuſmodi intelligitur textus euāgelij. Mat. xij. Qui dixerit verbum contra ſpiritumſanctum non remittetur ei neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in futuro. ¶ Secundo modo irremiſſibile dicitur priuatiue. ſcꝫ ꝙ non habet congruentiam ex ſe: quare remitti debeat. licet ex cōgruo dei poſſit omne peccatū remitti. Et hoc modo qḋlibet peccatū mortale de ſe eſt irremiſſibile. ¶ Tertio modo irremiſſibile accipitur contrariatiue. ſ. ſḿ ꝙ aliqua culpa habet cōtrariam diſpoſitionem ad hoc vt remittat̃. Secundum enim naturā ſuam eſt irremiſſibile inquantū excludit ea p que fit remiſſio peccatoꝝ. Per hoc tamen non precluditur via remittendi ⁊ ſanandi omnipotentie ⁊ miſericordie dei. Cum ergo dicitur peccatum in ſpiritumſanctuꝫ eſt irremiſſibile intelligit̃ inquantum excludit ea per que fit remiſſio peccatorum: aut excludit media quibus homo peccatū relinquit. Nec tamen per hoc intelligitur abſolute: ꝙ priuetur potentia ad remiſſionem: nec ex parte dei omnipotentis: quia potentia eius eſt infinita: nec ex pte eius cui fit remiſſio cuius liberū arbitriū moueri ad bonū poteſt diuina gratia adiutrice: q̄zdiu eſt in hac vita. Audi Auguſtinū in libro de ͦbis dñi. De nullo deſpandū eſt: q̄z diu patientia dñi ad pniam adducit. h ille. Superueniat Leo papa ḋ pe. d. vij. c. Nemo deſperandus ē cū in hoc corpe conſtitutus eſt: qꝛ nōnunq̄ꝫ qḋ diffidentia etatis differtur: ꝯſilio maturiore perficitur. h ille. Accedat ⁊ Lactantius lib. vi. c. xxiiij. Nec tamen deficiat aliqs aut de ſeipſo deſperet: ſi aut cupiditate victus: aut libidine impulſus: aut errore decept⁹: aut vi coactus: ad iniuſticie viaꝫ lapſus eſt: pōt. n. reduci ac liberari. ſi eū peniteat actoꝝ: ⁊ ad meliora ꝯuerſus ſatiſfaciat deo. hec ille. Loquatur deniqꝫ Jo. Criſo. ſuper. ps. miſerere. Nolo mihi excuſationem afferas. nolo ignauiam tuam pretendas. Peccaſti. penitere. Milies peccaſti. Milies penitere. hec ille. Examinate igitur chariſſimi corda veſtra: ⁊ diligenter inſpicite: ſi hoc grauiſſimo peccato aliquando fuiſtis illaqueati. Excutite tam graue iugum: ⁊ ſalutarem penitentiam ſumite dum in hac vita poſiti eſtis. Confidite de deo benigniſſimo: cuius miſericordie menſura nō eſt limitata: cui⁹ boni

tate peccatores vocat: ⁊ demētia ſuſcipit ⁊ amplectit᷑: qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

¶ Sabbato p̄ime Dn̄ice quadrageſime. De vanagloria. Sermo. xviij.

NEmini dixeritis viſionē. Mat. xvij. Dn̄s ac redēptor noſter veluti doctor quidā eximi⁹ mortali carne indutus: cōtulit nobis regulam modumq̄ꝫ viuendi. Et vt ſubtile peccatū inanisglorie deuitaremus: que vt inquit Aug. bonis etiā opibus inſidiat᷑ vt pereant: exēplo ſuo: nos cōmonitos facere dignat⁹ eſt. Cū.n. in mōte thabor an̄ diſcipulorꝫ ꝯſpectū glorioſe apparuiſſet trāſfigurat⁹: deſcendentibus illis de monte: precepit vt nemini dicerent viſionē: quaꝫ viderant: ex hoc ſine dubio inſtruens vniuerſos: vt opera de genere bonorꝫ occultare ſtudeāt. Et hoc eſt qđ affirmat thema noſtrum in hodierno euangelio recitatum. In quo tria documēta habemus. ¶ Primū documentum qđcūq̄ꝫ vult ſaluari ⁊ xp̄m in gloria videri neceſſe eſt habere fidē per petrū figuratam: ⁊ ſupplantationē vitiorꝫ per Jacob. denotatam: ⁊ puritatē ꝯſcīētie p Johānem ſignificatā. Hoc patet prima parte euāgelij. vbi dicit᷑. Aſſumpſit ieſus ⁊c. ¶ Scđm documentū: q̄ pater celeſtis ꝓhibet teſtimoniū de dn̄o ieſu q̄ ſit filius eius dilectus. Hoc patet ſcđa parte euāgelij ibi. Et ecce vox de nube ⁊c. ¶ Tertiū documētuꝫ eſt: q̄ in oībus preceptum dn̄i ſeruare debemus: nec opa bona manifeſtare: ⁊ hoc vt vanā gloriaꝫ caueamus. Hoc tangit᷑ vltima parte ibi. Deſcendētibus illis ⁊c. De vana gloria hoc mane tria ꝯſiderabimus.

¶ Primo. diffinitionem.

¶ Secundo. originationem.

¶ Tertio. ſpecificationem.

¶ Primo cōſiderare debemus vanegloríe diffinitionē: p cuius intellectione notandū eſt: quid ſit gloria. deinde quid ſit vanū. Augu.n. ſup Johānē. Et ſ. Tho. xxij. q. cxxxij. ar. i. Et in q̄onib⁹ de malo. q. ix. ar. i. Et dn̄s Albertus magnus in. ij. ſen. d. xxxv. dicūt. Gloria claritatē quandā īportat: ⁊ idē eſt glorificari qđ clarificari. vnde claritas dicit euidentiā quandaꝫ: ſm quāq̄ꝫ aliud eſt conſpicuuꝫ ⁊ manifeſtū: ⁊ ſplendore ſuo patēs. Et ideo gloria īportat alicuius manifeſtationem in bono: ſicut econuerſo ignominia īportat manifeſtationē alicui⁹ in malo. Ideo Ambroſius dicit ſup epiſtolā ad Ro. gloria eſt clara cū laude noticia.

Et hec gloria ↄſiderat vt ↄſiſtit i ſemetipſo: ⁊ tunc dicit aliq̄s gloriari in ſe: ſed cum appetit maniſeſtari: vel eſſe in admiratione vni vel pluribus: vel rei publice: tunc dicit gloriã inter alios querere. Et ideo Tullius dicit. Gloria ē frequens fama cum laude. Laus ꝟo vt Ariſt. dicit. primo. Rheto. eſt ſermo elucidãs magnitudinē virtutis. vnde gloria eſt clara maniſeſtatio alicuius ſui boni ſpũalis ſeu tēporalis: vt ſciētie: ⁊ pulchritudinis: aut diuitiarũ: ⁊ huiuſmodi: vt ſciat ⁊ cognoſcatur a multitudie: vel a paucis: ⁊ laudet ⁊ extollat. Hoc habito iam videamꝰ: qd ſit vanũ. ſm ciuz. ſ. Tho. in q̄onibus de malo. vbi. ſ. vanū q̄nq3 accipitur ꝓ eo ꝙ nõ hz ſubſiſtentia: vt res falſe dicunt vane. Et ſic ꝟbuz mendacij pōt dici vanuz. Et moneta falſa pōt dici vana. ps. iiij. vt quid diligitis vanitatē ⁊ queritis mendacium? Et ſm hunc moduz vana gloria ſic diffinit. vanagloria eſt appetitus inordinatus maniſeſtationis rei nō ſubſiſtētis. Ut indoctus appetit maniſeſtari pro docto: turpis pro pulchro. Qñq3 vanũ accipitur pro eo ꝙ licet ſubſiſtat: tamen non habet ſoliditatez vel firmitatez: vt pulchritudo. fortitudo ⁊ huiuſmodi. De quo Eccleſiaſtes primo. Uanitas vanitatum ⁊ omnia vanitas. ſ. propter inſtabilitatem. Et Prouer. vltimo. Fallax gratia ⁊ vana eſt pulchritudo. Et ſm hunc moduz poteſt diffiniri ſic. Uanagloria ē appetitus maniſeſtationis rei mutabilis ⁊ tranſitorie. Fortis enim appetit videri ꝺ ſua fortitudine: que mutat: ⁊ tranſit: ſic diues ⁊ huiuſmodi. Quandoq3 dicitur vanuz quod non conſequitur finem: vt dicit Ariſtote. ij. Phyſicorum. Sicut aliquis dicitur medicinaz ſumpſiſſe in vanum: eo ꝙ non ē aſſecutus finem ſanitatis. Et hoc vanũ dicit. Iſa. xxxix. In vacuũ laboraui ſine cauſa: ⁊ vane ↄſumpſi fortitudinē meam. Et ſm hũc tertium moduz poteſt ſic diffiniri. vanagloria eſt appetitus maniſeſtationis nō conſequens aliquam vtilitatem. Nam cognoſci ab aliquo: in quãtum cognoſci: nō conſequitur perfectionem. Et ideo dicitur vanum: q2 caret fine vtili. Hoc dico. quia maniſeſtatio alicuius boni vel ſpiritualis vel temporalis: vtiliter ⁊ meritorie poteſt fieri tripliciter. Primo ad gloriaz dei: que reſultat ex maniſeſtatiōe boni: cuiꝰ ipſe principalis ē actor. Secundo poteſt fieri iſta maniſeſtatio vtiliter ad proximoꝝ ſalutē: vt proximus edificetur. ad imitandũ. Ro. xv. Unuſquiſq3 primo

ſuo placeat in bonum: ad edificationem. Tertio poteſt fieri hec manifeſtatio vtiliter ad bonū ſui ipſius: vt gratias agat deo: cum ſe videt laudari: et ꝯfirmet ſeipſum in illo bono: vt ſ. Paulus ſepe fecit. Cum igitur hec manifeſtatio ſuorū bonoꝝ: non appetitur propter aliquod hoꝝ trium modoꝝ: erit vanagloria et peccatum: q: importat inordinationem appetitus. Ideo Hiero. in quadam epiſtola. gloria inanis eſt inordinatus animi motus: quo aliquis propriá deſiderat excellentiam. Et Alexander de ales in ſecūdo ſumme ſue dicit ſic. Vanagloria eſt appetitus inordinatus et inordinata delectatio humane laudis. Quapropter querit̃ hoc loco an vanagloria poſſit eſſe peccatum mortale. Reſpondeo ponendo hanc concluſionem ſm. ſ. Tho. queſtionibus de malo. q. ix. ar. ij. et. xxij. q. cxxxij. ar. iij. Vanagloria eſt peccatum mortale: quod triplici ratione probatur.

¶ Primo ratione perditionis.
¶ Scḋo ratione vſurpationis.
¶ Tertio ratione ablationis.

¶ Primo ratione perditiõis ſic. Illud ꝓpter quod homo perdit eternā mercedem eſt peccatū mortale: ſed per vanamgloriam homo ꝑdit eternā mercedem. Probat̃. Nam dicit̃. Mat. vi. Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hoībus vt videamini ab eis: alioquin mercedé nō habebitis apud patrem veſtrū qui in celis ē: ergo vanagloria eſt peccatum mortale. ¶ Scḋo probat̃ rõne vſurpationis ſic. Quicūq: vſurpat id qḋ ē ꝓprium dei mortaliter peccat: multo magis q̄ꝫ q̄ furatur rem proximi: ſed vanagloſus vſurpat id qḋ eſt ꝓpriū dei. Probatur dr̃. Iſa. xxxxij. Gloriam meam alteri non dabo. Et prime. Thy. i. Regi ſeculoꝝ i mortali inuiſibili ſoli deo honor et gloria i ſecula ſeculorum. Ergo vanagloria eſt peccatū mortale. ¶ Tertio eſt peccatum mortale rõne ablationis ſic. Nihil aufert ab anima virtutes et dona niſi peccatum mortale. ſed vanagloria aufert ab anima v̄tutes et dona. Nam dicit. Chriſoſto. ſuper Mat. vi. c. Inaniſgloria occulte igreditur et oīa que ītus ſunt: iſenſibiliter aufert: ergo inaniſgloria eſt peccatum mortale. Ab ea inſuper: vt patet per Grego. xxxi. moraliū. Et per. ſ. Tho. xxij. q. cxxxij. ar. v. Et in queſtionibus de malo. q. ix. ar. iij. vi. mortifere filie naſcūtur. Iactantia Preſumptio nouitatum. Hypocriſis Pertinacia cõtentio inobediētia et diſcordia: patet igitur vanāgloriā eſſe peccatum mortale.

SEcūdo principaliter cōſiderare debem⁹ vanaglorie originatōes. Tres ſunt radices ex q̄bus originat̄: vanagloria quarū

¶ Prima vocat̄ edificiorū pompoſitas.

¶ Scd̄a vocat̄ lectorū p̄cioſitas.

¶ Tertia vocat̄ epularū varietas

¶ Prima radix a qua originat̄ vanaglia vocat̄ edificiorū pōpoſitas. Mirabilis certe ab edificijs orit̄ oſtētatio / ⁊ inanis glia. Ab hac enī venenoſa radice totus orbis hodiernis tp̄ib⁹ inficit̄. Pōpatice ↄſtruunt̄ domus. Magna ⁊ iuīſa fiūt edificia diſtinguūt̄ palatia: amplianī: erigunt̄: nouis ſignis: lapidibus īſignibus picturis: feneſtris: oſtijs ornant̄: ita vt videatur h̄ hoīum ꝑpetua ſedes ⁊ māſio ⁊ nunq̄ʒ mori debeāt. Qm̄ āt hoc deo diſpliceat īſinuat̄ p prophetā. Jere. xxij. Ve qui dicit edificabo mihi domū latam ⁊ cenacula ſpacioſa: qui aperit ſibi feneſtras: ⁊ fac̄ laquearia cedrina: pingitq̄ʒ ſinopide: h̄ ille. Et vtinā m̄lti nō conſtruāt ex rapinis: vſuris: ⁊ fraudibus pauperū. Cōtra quos minat̄ deus p Jere. d. c xxij. Ve q̄ edificat domū ſuā nō i iuſticia: ⁊ cenacula ſua non in iudicio. Et Iſa. v. Ve qui ↄiūgitis domū ad domum: ⁊ agrū agro copulatis. Nunquid vos ſoli habitabitis ſuper terram? Ideo Seneca in. vij. epiſtola. d. Domus munimentuʒ ſit aduerſus infeſta corporis. Hāc vtrū ceſpes erexerit: an varius lapis gentis aliene nihil intereſt. Scitote hoīem tam bene culmo: q̄ʒ auro tegi. Contēnite oīa q̄ ſuperuacuus labor velut ornamentum ac decus ponit. Memētote p̄ter aīuʒ nihil eſſe mirabile: cui magno nihil magnuʒ eſt: hec ille. Et Hiero. Sic edificāt quaſi ſemper victuri: ſic comedūt ⁊ bibūt quaſi cras morituri dicentes. Comedamus ⁊ bibamus ⁊ cras moriemur. Et Bernardus. Obſecro in peregrinatione huius ſeculi que eſt militia ſuper terram: edificemus nō nobis domos ad habitandum: ſed tabernacula ad deſerendum: vtpote cito euocandi: ⁊ intraturi patriaʒ ⁊ ciuitatem celeſteʒ. Facile eſt quod naturale ē: hec ille. Sed heu quid dicam de eccleſiaſticis ⁊ religioſis qui vidētur i edificijs ſeculares excedere. Subſtantiā enim ⁊ vitam ſubditorum ⁊ pauperum exponunt in lapidibus calcinis atq̄ʒ picturis. Legitur enī de beato Dñico bononiam reuertente: ⁊ vidente cellas aliquantulum eleuatas: cepit amare flere dicens fratribus.

Quãcito vultis facere magna pa
latia. ¶ Scd̃a radix a qua origia
tur vanagloria. dr̃ lectorũ pretioſi
tas. Quis enim poſſet enarrare
quãta vanagloria: quãtus fumus:
quanta elatio oriat̃ in mẽte multo
rũ. ex eo ꝙ habent ⁊ vidẽt lectos
pcioſos. amplos. intarſiatos. bene
politos. delirioſos nimis. cũ orna
mentis varijs. depictos auro: ⁊
colore trãſmarino. ſtellis auratis
cum papilionibus. cultrinis. cum
culcitris mollibus: cum lintcamini
bus byſſinis ⁊ recamaturis. ⁊ cer
uicalibus diuerſorũ colorũ. cũ no-
dis: cũ ſtrapontis. ⁊ huiuſmodi.
Utiqꝫ narratione difficillimũ eſ
ſet. Talib⁹ ãt cõminat̃ dc̃ Amos
vi. di. Ue vobis qui dormitis in
lectis eburneis: ⁊ in ſtratis veſtris
laſciuitis. Ue: ſm Hiero. īportat
maledictionẽ eternã. Et iõ dñs ẽt
p Iſa. xiiij. dicit ſic. Detracta ẽ ad
iferos ſuperbia tua. cõcidit cada
uer tuũ. Subter te ſternet̃ tinea ⁊
operimentũ tuũ erũt vermes. hec
ille. Erit ergo pro culcitra tinea: ⁊
pro coopertorio vermes. glo. ibi.
Qui prius palia: auro gẽmis di-
ſtincta hẽbãt ſatis moleſte ſuſti-
nebunt. Sed quid mirũ ſi vana
gloria oriatur a preciositate lecto
rum: nõne maxime originatur a
veſtibus ⁊ ornatis: quib⁹ cor
pus humanum tegit̃ ⁊ ornat̃: vt

patet. xxi. q. iiij. Dis. Quis poſ
ſet explicare mundi põpas. vani
tates: ſocias: ſuperfluitates. inau
dita ⁊ inuiſa ornamenta: Quis re
ferret varias capillaturas taꝫ mu
lierum ꝙꝫ virorum. caudas. bal
theos. manichas. iocalia. fucos.
coppas. pectora. panicellos. ſerica
veſtimenta. argẽtea. aurea. ⁊ tam
varias rechamaturas: Contra ta
les vanaglorioſos inuehit domi
nus per Amos prophetam. d. c.
vi. Ue vobis qui opulenti eſtis in
ſyon ⁊ confidiſtis in monte ſama
rie: optimates. capita populorum
ingredientes pompatice domum
iſrael. Sed terribilius per Iſa. c.
iij. Pro eo ꝙ eleuate ſunt filie ſy
on. Quam auctoritatem habeo ſu
pra in ſermone de choreis in fine.
Audi exemplum quod pretermit
tendum non eſt. Recitat eni Ce
ſarius: ꝙ magũcie in eccleſia qua
dam. Sacerdos quidam curatus
mulierem vnam vanagloríe de-
ditam varijs ornamentis tectam:
ante hoſtium eccleſie reſpiciens:
vidit in veſtimentorũ cauda: quã
poſt ſe trahebat multitudinem de
monum: qui erant nigri ⁊ horridi:
parui ſicut ghiri: ore cachinnan-
tes: manibus plaudentes: ⁊ ſicut
piſces in rete concluſi: ſuper cau-
dam ſaltantes. Sacerdos tunc ibi
eam ſtare iuſſit: populum aduo-

cavit: demones ne fugerent coniuravit: et ut populus demones videre poſſet impetravit. Tunc mulier confuſa et humiliata et veſtem humiliter mutavit: contrita de ſuo peccato. Sed o vanaglorioſa femina audi ulterius. Recitatur enim in libro de dono timoris. Quod in francia quedam ſancta domina rapta in ſpiritu vidit quandam comitiſſam defunctam: cui erat multum familiaris a demonibus trahi ad infernum. Que eiulans clamabat et dicebat. Heu heu me miſeram: quia ſatis fui caſta: abſtinēs et elemoſinaria: nec pro alia re dānor niſi quia vanaglorie dedita: ornamenta veſtium nimis dilexi: et adinvēta nō ceſſavi. hec ibi. ¶ Tertia radix vanaglorie dicitur epularum varietas. Multi conviviis dediti ex diverſa epularum preparatione vaniſſimā incurrūt gloriam. extollunt menſarum pulchritudine: tobalearum ſubtilitate: apparatu pannorum. ornatu miniſtrorum: pretioſitate criſtallinorum. argenteorum. aureorum. Contra hos ait Seneca in epiſtola. Non magno nobis conſtat fames: ſed ambitio. Jam non ſunt homines dētibus. et ore. et ventre ad coquinam contenti. oculis quoque guloſi ſunt. hec ille. Baldhaſar rex aſſyriorum in babiloniam fecit convivium magnum et diverſitate epularum refertum. Non fuit contentus vaſis cōmunibus: ſed ferre fecit vaſa domini aurea in menſa: et nocte ſequenti mortuus eſt: et regnum medis datū: ut patet Dan. v. Ideo terribiliter talibus deus minatur per Iſa. v. Ve qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectādam: ad potandum uſque ad veſperam: ut vino eſtuetis. Cythara et lyra. tympanum et tibia et vinum in conviviis veſtris: et opus domini non reſpicitis. hec ille. Si autem huiuſmodi oſtentatio in laycis reprehenſibilis eſt: multo magis in clericis et prelatis eccleſie: qui debent humilit et ſobrie vivere. Cōtra quos Hiero. ſuper Michea. Et in decretis. di. xxxv. c. Eccleſie ait. Eccleſie principes qui deliciis affluunt et inter epulas atque laſcivias pudicitiā ſervare ſe credunt propheticus ſermo deſcribit quod eiciendi ſunt de ſpacioſis domibus lautiſque conviviis: et multo labore epulis exquiſitis. Et ſi vis ſcire quo eiciendi ſunt propter malas cogitationes et opera ſua: evāgeliū lege: in tenebras. exteriores: ubi erit fletus et ſtridor dentium. Luc. xiiij. aliter docet inquiens. Cum facis prandium aut cenam. voca pauperes et claudos ac debiles. ſicut ipſe chriſtus faciens convivium in

monte non vocauit principes: ſed pauperem ſcholarem. Non poſuit tapeta. bancalia. zalonos. ſed ſup fenum iacebat ipſa turba. Nõ delitioſis cibis aut varijs vinis: ſed pane ⁊ piſcibus: non ſaturatos: ⁊ repletos pauit: ſed eſurientes ne deficerẽt in via: ⁊ hec de ſcđo pncipali ſatis.

TErtio principaliter conſiderare debemꝰ vanaglorie ſpecificationem: vt de hoc peccato meliꝰ confiteri poſſitis declarabo duodecim modos quibus vanagloria põt eſſe peccatũ mortale. ¶ Primus modus dicitur vſurpatiuus ſm ſ. Doc. xxij. q. cxxxij. ar. iij. Et hoc eſt quãdo aliquis querit glorioſus videri ⁊ in opinione hominum eſſe de re falſa: contraria diuine reuerentie: ſicut qui vellet reputari deꝰ ⁊ dignus veneratione diuina. ſm illud Ezech. xxviij. Eleuatũ eſt cor tuũ ⁊ dixiſti. deꝰ ego ſum: eſt peccatũ mortale. Hãc vanãgloriam habuit Herodes: contentus vt ſibi darent diuine laudes ⁊ a ſubditis teneret vt deus. O vanaglorioſe Herodes quid ſecutũ ẽ: Venit angelus dei eũqꝫ percuſſit. Et effectus ẽ venter eiꝰ verminoſus: vt habetur Act. xij. ¶ Scđs modus dr̃ iactatiuꝰ. Et dicitur a. ſ. Doc. vbi. ſ. Cũ quis gloriat ⁊ cupit laudari de aliqua re: que ẽ peccatũ mortale: vt vindicator: qđ fecerit vindictã: luxurioſus: qđ habuerit ſuum intẽtum blaſphemus de blaſphemia ⁊ huiuſmodi: ſemp ẽ peccatũ mortale. Contra quos ps. li. Quid gloriaris in malitia qui potẽs es in iniqtate. ¶ Tertiꝰ modus vanaglorie dicitur lucratiuus ſm dñz Antoninũ. Cũ quis cupit videri glorioſus ⁊ famoſus vt poſſit cum fraudibus iniuſte rapinare ⁊ lucrari: vt artifex i ſuo artificio: mercator in ſuis mercantijs: doctor in ſuis iniuſtis conſilijs. hoc eſt mortale. ¶ Quartus modus dicitur teſtimoniatiuus ſm ſ. Doc. vbi ſ. Cum quis preferat teſtimoniũ hominum teſtimonio dei. ſicut illi de quibus dicitur Jo. xij. Dilexerunt magis gloriam hominum qꝫ dei. qđ. d. Antonius in omnis mortalium cura. ſic exponit. Qñ vanaglorioſus plus diligit illã gloriam quam querit: aut opinionez hominum qꝫ gloriam dei: mortaliter peccat. Et hec eſt magna ſtultitia. Unde Hiero. Si vitam tuaz in ore hominum poſueris: modo paruus: modo magnꝰ: modo nullus habeberis. ¶ Quintus modus dicitur directiuus ſm. d. Antoninuz. Cũ quis ad laudẽ ⁊ glorĩ

am humanā dirigit operatiōes ſuas ēt bonas orationes. miſſas. elemoſinas. ieiunia ⁊ huiuſmodi oia faciēs ad laudē ⁊ gloriā tpalem: ⁊ ad hūc finē oīa dirigēs: ē peccatū mortale. Hac videntur habuiſſe Romani vt ait Augu. v. de ci. d. c. xij. Ueteres ꝑ ꝓinqȝ romani laudis audi pecunie liberales erant ingētē gloriam: diuitias honeſtas volebant. Hanc ardentiſſime dilexerunt: ꝓpter hanc viuere voluerunt: ꝓpter hanc mori non dubitauerunt. Ceteras cupiditates huius vni⁹ ingenti cupiditate ꝓſſerūt. h ille. ¶ Sextus modus dr̄ offenſiuus ſecundum dominum Antoninum. Cum quis vt conſequatur quamcunqȝ gloriam vel laudem etiam paruam ⁊ minimam: eſt paratus offendere deū vel eccleſiam per peccatū mortale ⁊ hoc eſt ſm theologos cōſtituere vltimū finē in gloria vel laude i. vt quis cōſequat̄ illā nō curat de diuinis ꝑceptis vel eccleſie. peccat mortaliter. Sicut mulier nō curās intereſſe miſſe q̄ñ ex precepto tenet̄: dūmō poſſit ꝯſequi finē laudis ſui ornamēti: et ſi poſtea audiret: tñc peccat mortalr̄: q: erat diſpoſita poti⁹ deficere amiſſa: q̄ȝ ab ornatu. ¶ Septim⁹ modus dr̄ ꝯtēplatiu⁹. Et h cū qs ſuis ſocios: vanitatibus ⁊ ornamētis ⁊ alijs ornatōib⁹: vt diuiſijs. famul. ragacijs. pōpis. ornat̄. floribus ⁊ huiuſmodi: cupit ita apparere: vt velit carnaliter alijs extra matrimonium placere: omni vice ē peccatū mortale. ¶ Octauus modus dicitur amatiu⁹ ſm. d. Antoninū. Cū quis magis diligit rē de qua cupit apparere ⁊ glorioſus videri q̄ȝ deū: vt amans amplius filios in quibus cupit videri pulchritudinē: ſcientiam. dignitatē: equꝫ ⁊ huiuſmodi. Ideo Jere. ix. Non glorietur fortis in fortitudine ſua: nec dines in diuitijs ſuis. ſed ī hoc glorietur qui gloriatur ſcire ⁊ noſce me. h ille. ¶ Nonus modus dicitur deſpectiuus. Cum quis cupit videri glorioſus ⁊ iactāter q̄rit apparere ad h vt proxim⁹ notabiliter deſpiciatur: vel notabiliī dāniſicetur: eſt peccatum mortale. ¶ Decim⁹ modus dr̄ inobedītiuus. Cū. n. dicat. Gre. xxxi. mora. ⁊ ſanctus Doctor xxij. q. xxxij. ar. v. q̄ inobedientia eſt filia vanagloric. Ideo dum quis vult ita glorioſus videri: q̄ nemini ſit ſubiectus: propter quod contemnit honeſta iuſſa ſuorum maiorum: vt prelati: patris vel matris mortaliter peccat. ¶ Undecimus modus dr̄ ſcādalizatiu⁹ Et ē cū aliqs vel aliqua ita cupit videri ⁊ apparere glorioſus vel

glorioſa: ⁊ acceptus in odiis ho-
minum ſiua pompoſitate vel pul-
chritudine: vel aliis rebus in qui-
bus videri appetit: ꝙ licet nō in-
tēdat deducere alios ad honeſta
tem: tñ ſe credit probabiliter vel
ſcit ꝙ ſuis politiis: ornamentis ⁊
apparatibus ſupfluis ⁊ vanis: ali
quem vel aliquā debere capi aut
cadere in ruinam ⁊ ſcandalū mor
talis peccati: ⁊ nihilominus nō cu
rat: ſʒ vult hoc modo videri ⁊ ap
parere: peccat mortalit̄. hec di.
Anto. Et Mat. xviii. Ve homi-
ni illi per quem ſcandalm̄ venit.
¶ Secūdus modus dicitur reli-
gioſitiuus ſm̄. d. Anto. Et eſt quā
do aliquis: vel aliqua: religioſi ſta
tus: vel quaſi religioſi: vult in va
nis ⁊ exceſſiuis ornatimis que ſūt
contra ſtatum humilitatis ei⁹ ap-
parere ⁊ videri. In his vt in plu-
ribus ⁊ quaſi ſemp ē mortale hu
iuſmodi: quibus illā gloriam que
rit: eſt oppoſitum ſuo ſtatui. Hec
aduertant vani preſbyteri: religio
ſi: ſanctimoniales: ⁊ pſbyteræ.
Sed ⁊ in aliis multis caſibus eſt
veniale quos omitto. Cauendū
igitur eſt a tam nephando ⁊ mali
gno ⁊ horribili vitio. Nam vt ait
Auguſtinus ſuper. ps. Inanis glo
ria huius ſeculi: fallax eſt ſuauitas
⁊ infructuoſus labor: ⁊ perpetu⁹
timor: ⁊ periculoſa ſublimitas: ini
tium ſine prouidentia. finis cū pe
nitētia. hec ille. Et Hiero. ad Ne
potianū. Caue ne offenſaʒ dei po
pulorum laude ꝯmittas. hec ille.
Sic enīʒ facienti dominus Jeſus
dabit gloriam celeſtem: ⁊ eternaʒ
gloriam angeloꝝ ⁊ ſctōꝝ. Amē.

¶ Feria ſecunda in quadrageſi
ma. De detractiōe. Sermo. xix.

Miſerere mei domi-
ne fili David. filia
mea male a demo
nio vexat̄. Mat.
xv. Caput ⁊ prin-
ceps vniuerſalis oīum detracto-
rum eſt diabolus infernalis: belze
bub noīatus. De quo Luce. xi. di
citur. In belzebub principe demo
nioꝝ eicit demonia. Et ſicut filia
cananee de qua hodie in euange
lica lectione tractatur corporalit̄ a
demonio vexabatur: ita ⁊ anima
cuiuſlibet infeliciſſimi detractoris
a diabolo poſſidetur ⁊ ꝯmouet̄:
vt diuerſis variiſqʒ modis proxi-
mi famā ſtudeat denigrare. Qui
a tam horrenda hui⁹ tartarei prin
cipis vexatione nunqʒ poterit li-
berari: niſi prius nephandū ſcele-
ris ipſum peniteat: famāqʒ reſtitu
at. Et tunc neceſſe eſt illum añ be
nigniſſimi ieſu pedes ꝓſterni: vbi
veniam petens toto corde cū ca-
nanea clamet. Miſerere mei do
mine ⁊c. Filia mea. i. anima mea

vexatur. Que fuerunt verba in euãgelio presenti recitata. In quo tria documenta habem⁹. ¶ Primũ documentum: ꝙ in omni neceſſitate i qua ẽ homo cõſtitutus neq; debet recurrere ad magos ⁊ incantatores: ſ; ad dñm ieſum exẽplo cananee. Hoc tãgit pma euãgelũ pte. ibi. Ecce mulier. ¶ Secundũ documẽtũ: ꝙ debemus cõpati aduerſitatibus proximorum: ſicut apoſtoli faciebant rogantes pro cananea tribulata. Hoc tangitur ibi. Et accedentes diſcipuli. ¶ Tertiũ documentum habetur ibi. Ipſe autẽ reſpondẽs dixit. In quo loco edocemur vt ſimus perſeuerantes in oratione: etiã ſi nõ obtineremus tam cito qḋ petimus. exemplo cananee: que lʒ repulſa eſſet: fideliter tñ perſeuerabat. ⁊ in hac ſancta orationis perſeuerãtia precipue ſtare debet ille qui eſt ligatus peccato detractiõis vt illi remittatur. De qua detractione tria hoc mane conſiderabimus.

¶ Primo. diffinitionem

¶ Secũdo. malignationẽ.

¶ Tertio. ſpecificationem.

¶ Primo detractiõis cõſiderare debemus diffinitionẽ. Ex dictis vtriuſq; .ſ. Doc. xxij. q. lxxiij. ar. i. Et Alexãdri de ales in ſumma. Diffinitio detractionis elicit᷑. Detractio ẽ denigratio fame alteri⁹: per occulta verba ab aliquo maligno plata: vt prauus ⁊ iniquus qs habeat᷑. In hac diffinitione tangunt᷑ oẽs cauſe quattuor. pmo tangit᷑ cauſa formal'. cũ dicit᷑. Detractio ẽ denigratio. Secũdo ẽ cã materialis. cũ dicit᷑. Fame. Tertio ẽ cã efficiens iſtrumẽtalis cũ dr̃. Per verba occulta. Eſt inſuper cã efficiẽs principalis. cũ dicitur. Ab aliquo maligno. Malignus vtiq; ẽ inuidus: cuius filia eſt detractio. Nã vt ait Augu. vij. di. v. vt. s̃. Detractio ẽ filia inuidie. Malignus quoq; ẽ odiũ habens: a quo ſimiliter originatur detractatio. Quarto ẽ cã finalis. cum dr̃. Ut prauus ⁊ iniqu⁹ qs habeat᷑. Naʒ finis detractiõis eſt vt aliqs malus atq; prauus reputet᷑. D. autẽ Albert⁹. ij. ſen. ſic diffinit. Detrahere eſt abſentẽ primum doloſe mordere. Circa quã querunt doctores: vtrũ talis detractatio ſit ſemp peccatũ mortale. Rñdet .ſ. Doc. xxij. q. lxxiij. ar. ij. Et. d. Albert⁹. ij. ſen. Detractatio formaliter eſt peccatum mortale. Et hoc triplici lege probatur.

¶ Primo lege diuinali.

¶ Scḋo lege naturali.

¶ Tertio lege humanali.

¶ Dico primo detractationem eẽ peccatũ mortale lege diuinali. Aug. in primo libro de libero ar-

bitrio. Et s. Doc. pria sce. q. xciij ar. i. dicunt. Lex eterna ē summa rō: cui semp obtēperanū est: tūc sic. Quicūqȝ trāsgredit rōnē sūmā: legē eternā ⁊ diuinā que est ipse deus peccat vtiqȝ mortalissime. Sȝ maledicti ⁊ diabolici detractores transgrediunt frangunt ⁊ dissipāt quantū in eis ē: ipsā sūmā rationē: legē eternē ⁊ diuinā: ergo mortalissime peccāt. Nā ab ipsa rōne summa ⁊ lege diuina ꝓmulgatū ⁊ sancitū ē: q̄ nullus sit tāte audacie ⁊ temeritatis: vt primo suo detrahat. Qð pȝ Exo. xx. Nō loqueris ꝯ. primū tuū falsū testimoniū. In quo pcepto ꝓhibet detractatio sicut ⁊ mendaciū. Et iterū. Exo. xxij. Dijs nō detrahes: ⁊ principib⁹ ppli tui nō male dices. Et Leuit. xix. Nō maledices surdo: nec corā ceco pones offendiculū. Surdo inq̄t. Glo. maledicit q̄ absenti d̄trahit. Et puer. xxiiij. Time deū fili mi ⁊ regē: ⁊ cū detractoribus nō cōmiscearis: q: repēte ꝯsurget pditio eoꝝ. vbi glo. In hoc spāliter vicio: pclitat totū q̄si gen⁹ humanū. Et puer. iiij. Detrahētia labia ꝓcul sint a te. Et sap. i. Custodite vos a murmuratiōe que nihil ꝓdest: ⁊ a detractiōe percipe lingue. Jaco. iiij. Nolite detrahere alterutrū fres mei. Qui detrahit fratri: detrahit legi. Et ad Gal. v. Qð si inuicem mordetis ⁊ peditis: videte ne inuicē ꝯsumamini. ergo d̄tractor mortalissime peccat. ¶ Scdo idē probat lege naturali. lex naturalis vt dicit Doc. s. pria scde. q. xciiij. ar. ij. precipit vt nullus offendat aliū. Et idē habet. ff. de iusticia ⁊ iure. l. iusticia. Alias q̄ offendunt vt inquit. Lactātius. vi. li. c. x. p beluis in manib⁹ sunt habēdi: q̄ hoībus nocēt: q̄ ꝯ ius humāitatis ⁊ phas oē spoliāt. cruciāt. occidunt. extermināt. hec ille. Hoc edificio fundato dicamus sic. Quicūqȝ dānificat ꝓximū notabiliter in bonis naturaliter desideratis sine dubio mortalissime peccat agēs contra ipsius legis naturalis pceptū: detractor āt pessim⁹ dānificat proximū notabiliter in bonis naturaliter desideratis. ergo mortalissime peccat. Inter alia autē bona que quilibet naturalr̄ desiderat est bona fama. Sicut enim ait phs li. de bona fortuna. bona fama est appetitus naturalis naturaliter datus a deo. Nam fama prestātius bonū est: q̄ȝ sint res tēporales. Prouer. xxij. Melius est nomen bonum q̄ȝ diuitie multe. Eccle. xli. Curā habe de bono nomine. hoc enim magis permanebit tibi q̄ȝ mille thesauri ⁊ ꝓciosi magni. Hoc idē s. Doc. xxij. q. lxxiij. ar. ij. Fama

inter res temporales precioſior: eſt: eo ꝙ propinquior eſt ſpiritualibꝰ bonis. Et Alexan. de ales. Fama eſt precioſiſſima omnium bonorum temporaliū. Et. vi. q. i. c. deteriores. dicit ſic. Deteriores ſunt qui vitā moreſq; corrumpunt: his qui ſubſtantiam aliorum prediaq; diripiunt. Et Auguſti. xij. q. i. Nolo ait. Qui fidēs conſcientie ſue ſamam negligit crudelis eſt. Propterea philoſophus in libro Neo. ait. Multo grauius fertur: ſi quis honore priuatur: ꝗ̄ ſi ei bona ſua auferantur. Ex hoc Auguſtinus quinto de ciuitate dei probat: ꝙ romani preferebant famam ⁊ gloriam diuitijs ⁊ alijs rebus: propter quam conſequendam: multi propriam vitam ſpernebant. vnde ibidem dicit. Hec illa duo fuere. ſ. cupiditas glorie ⁊ libertas: que ad facta compulit miranda romanos. Ex quibꝰ oībus maniſeſtiſſime pꝫ ꝙ detractio ē peccatū mortale Immo grauius furto. qꝛ p̄ furtuꝫ dānificaṫ ꝓximus in rebus tꝑalibus ⁊ magis vilibus ac trāſitorijs detractione vero aufertur fama que eſt maius ⁊ preſtantius ac immortale bonum. Nempe fama ē corona omniū hominū. Corona pape corona cardinaliū: epōrum: clericoꝝ: religioſorum: fama dico eſt corona omnium imperatorūꝫ: regum: ducum: principum: ⁊ omnium dn̄orum: doctorūꝫ: nobiliū: mercatorū: artificum: contadinorum. Ad quid valerent mercatores: niſi eſſet bōa fama? Fama ē corona coniugatorum: viduarūꝫ: atq; virginum ⁊ adoleſcentularum. ¶ Tertio probatur. ꝙ detractor peccat mortaliter lege humanali. Dicit enim Auguſtinus ad Bonifacium: ⁊ in decretis. di. ix. Quicunq; legibus imperatorum que pro dei veritate ferunṫ: obtemperare non vult grāde acquirit ſupplicium. Et. xiiij. q. p̄ma. Quiſquis preceptis non obtēperat: reus eſt ⁊ debitor pene. Et iterum. xiiij. q. i. Qđ precipitur ⁊ imperatur neceſſe eſt fieri. Et eſt tex. in. c. ij. ⁊. c. ſolite. Extra de maioritate ⁊ obedientia. vbi dicit. Qui nō obedierit p̄ncipi: morte moriatur. Et Paulus doctor gentiū ad Ro. xiij. Hoc idē affirmat. Lex autē ē: oē qđ rōne ꝯſtat. qđ religiōi congruit. qđ ſaluti ꝓficit. vt di. i. c. Cōſuetudo. Et talis q̄nūcūq; dura videaṫ ē oīo obſeruāda: vt. ff. q ⁊ a q̄bus. l. ꝓſperit. Que qdē lex precipit inter alia: vt nullus alteꝝ ledat nec offendat: vt. ff. de iuſticia ⁊ iure. l. iuſticia. Et inſtitu. de iuſticia ⁊ iure. paragrapho penultimo. His ꝓbabitis dicamus. Quilibꝫ faciens ꝯtra p̄ceptū legis hūane

peccat mortaliter: ſʒ malignissim⁹ detractor: agit ɔtra preceptū legis humane: vt. ff. de iniurijs. l. iniuriā. ⁊. l. Jtē apud labeonē cum tribus. paraphis. Sequentibus. Et. C. de iniurijs. l. Qui liberos. ⁊. l. ſi quidē. Inſup ledit ⁊ offendit ꝓximū auferens ei famā. Bono: enim ⁊ bona fama preſert omni lucro: vt. ff. ſi quis amiſſa cā teſtamenti. l. Julianus. Que quidē fama eſt in opinione hoīm. pl⁹. n. eſt validū in opinione hoīum: q̄ʒ qḋ eſt in veritate: vt. ff. de aquirēda hereditate. l. his qui putat. Et ff. ḋ officio preſidis. l. barbarius. Melius eſt. n. nomē bonū q̄ʒ diuitie multe: vt. ff. de verboꝝ obli. l. ſi quis ſtipulatus: in fine. Et. ff. ḋ tutoribus ⁊ curatoribus datis ab his. l. Scire oʒ vbi dicit iuris ɔſultus. Neqʒ facultates: neqʒ. n. ſufficiens dignitas eſt ita ad fidem: vt bona electio ⁊ benigni mores. ergo detractor peccat mortaliter: faciens ⁊ ɔtēnens leges humanas quo ad eaꝝ precepta. Dic mihi o miſerrime detractor. Dic mihi o īfamator: peſſime o criminator: nequiſſime: o lingua viperea: lingua infernalis: o lingua diabolica. reſponde mihi. Quid tanē de tot infamijs: de tot venenis ꝓbis: de tot caninis morſibus eportabis: Quale lucrū: qḋ emolumentum: quā remunerationē ɔſeq̄ris. Certe vidicces flāmas: eterna ſupplicia: mortē ꝑpetuā. Audi Anacletū pontificē. ij. q. vij. c. Accuſatis: ſic dicentē. Si detractores q̄cū cunqʒ grauiter iudicant: ⁊ in ꝑditionis laqueū cadunt: multo magis laceratores atqʒ accuſatores famuloꝝ dei dānant ⁊ in baratrū: niſi ſe correxerint: ⁊ per eoꝝ ſatiſfactōnem ɔdignā egerint pn̄iam: indubitanter cadūt: ⁊ vindicibus flammis exurunt. h̄ ille. Patet hec veritas exēplo Dathan ⁊ Abyron qui detraxerunt Moyſi viro mitiſſimo. his ſubſequuta eſt diuina ſnīa. Nam viui in infernū ⁊ in baratrum eterne ꝑditionis apta terra abſorti ſunt. Et ita de p̄ma parte ſatis.

Secundo principaliter ɔſiderare debemus detractōis malignatiōeʒ. Deteſtandiſſima malignitas hui⁹ vitij triplex occurrit.

¶ Prima dicitur occiſio.

¶ Secunda aſſimilatio.

¶ Tertia excluſio.

¶ Prima igitur malignitas peſſime detractionis dicitur occiſio. Dic mihi o detractor miſerrime. Nōne malignissimū eſt peccatū homicidij: certe ſic. Sed reſpōde mihi occidiſti ne vnq̄ʒ aliquem:

 95

Effudiſti ne vnq̄ȝ ſanguinem hu manū: Auertat deus. Conſidera quid dicis. Abſtuliſti ne vnq̄ȝ bonum nomē: bonā opinionē: et bonam famā alteri? Abſtuli inquaȝ vt verū ꝯfitear. Firmiſſime ergo tene et nullatenus dubites: illuȝ te occidiſſe: cuius famā et opinioneȝ denigraſti. illius ſanguinem pleno poculo cū duabus manibus bibiſti. Et quotiēs detraxiſti: totiēs homicidiū ꝯmiſiſti. Nō aūt verum dicā audi Ezech. ꝓphetam. c. xxij. Viri detractores fuerunt in te ad effundendū ſanguinē: et ſup montes comederūt in te: et ſcelus operati ſunt in medio tui. Audi clarius decretū de pe. d. i. c. Homicidiorum vbi ſic dicit. Qui occidit et detrahit pariter homicida ē: ille corpis. iſte aie. Et. vi. q. i. Sūma iniqtas ē fratres detrahere et accuſare. vñ ſcriptū ē. O is qui detrahit fratri ſuo homicida eſt: et oīs homicida nō hȝ ptē i regno xp̄i. Et Aug. xi. q. iij. Nemo peritorum aut prudentiū putet: ꝙ minus ſit piculū in verbis lingua mētiēdo: q̄ȝ manibus ſanguinē fundēdo. Sȝ q̄d dicis o dñe legiſta. Eſt ne homicida q detrahit alteri? Audiam⁹ legē tuam habes. ff. de manumiſſis in. l. iuſta ca. Infamia equiparat morti. Et Ap̄ſo videt ꝯferre bonā famam vberibus et plagis. imo morti. p. i. cor. ix. Bonum eſt mihi magis mori: q̄ȝ vt quis gloriā meā euacuet. Qui ergo detrahit alteri: occidit. Si detrahis vicino: totiens vicinū occidis: ſi attinenti: attinentē occidis: ſi religioſo: religioſum occidis: et huiuſmōi. ¶ Scd̄a malignitas detractionis dicit aſſimilatio. Quid nā efficieris o miſerrime detractor: dū alteri famā denigras? Nēpe venenatiſſim⁹ ſerpens. Audi Eccl. x. c. Si mordeat ſerpens in ſilentio: nihil eo minus habet: qui occulte detrahit. Vere detractor: tortuoſus ſerpens ē. Audi Bern. ſup can. ſermone. xxiiij. Detractores quodā ſimulato verecūdie fuco: ꝯceptā malitiā quaȝ retinere nō poſſunt. adūbrare conant. videas a detractore alta ſuſpiria premitti: ſicqȝ cū quadā grauitate et tarditate. vultu modeſto: dimiſſis ſupercilijs: et voce ꝯplangenti egredi maledictōem. Et quidē tāto perſuaſibilior: eſt: q̄ȝto creditur ab his qui audiunt: corde inuito: et magis ꝯdolētis affectu: q̄ȝ malitioſe ꝓferri. Doleo inqt vehemēter ꝓ eo ꝙ diligo eū ſatis: et nunq̄ȝ potui de hac re corrigē eū Et alias mihi bene cōpertū fuerat ſed p me nunq̄ȝ innotuiſſet: atqȝ p alterum pateſacta eſt res. Veritateȝ negare nō poſſum. Dolens dico. Reuera ita eſt: et addit. grāde d. i

num. Nã alias q̄dē in plurib⁹ va
let. Ceterū in iſta parte vt verum
fateamur minime excuſari poteſt.
hec ille. Nunc ſerpentē ſimulati-
uum deteſtat̄ etiam paganus ille
Ari.ix.Ethi.d. Qui fingit ſe ami
cū ⁊ non eſt: peioꝛ eſt eo q̄ facit fal
ſam monetā. Nēpe ſeditiſſimū ſe
pulchꝝ efficieris. Audi Dauid p
phetā. ps.v. Sepulchꝝ patēs eſt
guttur eoꝝ linguis ſuis doloſe age
bant: iudica illos deus. Nēpe gla
dius vtraqꝫ parte accutiſſim⁹ effi
cieris. Audi Salōnem puer.xxx.
Eſt generatio que p dētib⁹ gladiū
habet. Audi Dauid prēm eius.
ps.lvi. Filii hoīum arma ⁊ ſagitte:
⁊ lingua eoꝝ gladi⁹ acut⁹. Nēpe
efficieris os diaboli. Cuius vt ait
Dauid. ps.ix. Maledictiōe plenū
eſt amaritudine ⁊ dolo ſub lingua
eius laboꝛ ⁊ doloꝛ. Et p̄ius efficie
ris etiā ꝯuiua diaboli. Nam quo
tiens alteri detrahis: hoīes huma
nā carnē incidis: ⁊ i ꝯuiuis demo
nū apponis. vñ Salomon puer.
xxiij. Noli eſſe in ꝯuiuis potato
rū: nec in comeſſationibus eoꝝ q
carnes ad veſcendū ꝯferunt. glo.
Carnes ad veſcēdū ꝯferre: eſt in
collocutione detrahere. Efficieris
itē peioꝛ lupo voraci. Lup⁹ nāqꝫ
parcit aīalibus ſue ſpēi: tu vo im
piiſſime detractoꝛ tam ꝯuerteris
īmanitate: vt nō hoīes humanas
comedere carnes. Hoc eſt q̄ iob
inq̄t.c.xix. Quare pſequimini me
ſicut deus: ⁊ carnibus meis ſatu-
ramini? Et Jere.xix. Unuſquiſqꝫ
carnes amici ſui comedet. Nec ſo
lum amicoꝝ carnes hūanas d̄tra
ctoꝛ comedit: ſed qḋ durius eſt la
cerat ⁊ comedit carnes patris ⁊
matris. vñ Ezech.v.c. Dicit dñs
ad ierlm. Ecce patres comedēt
filios ſuos in medio tui: ⁊ filij co-
medēt patres ſuos. Efficit̄ in
ſup immundiſſim⁹ poꝛcus: qui ſi vi
ridariū ingrediat̄: nō inter floꝛes
⁊ delicatiſſimas herbas ſe repōit
ſed vbi lutū ⁊ fetoꝛē cē ꝯſpexerit:
ſtercuſqꝫ oꝛe reuoluit: ita ſpurciſſi
mus detractoꝛ nō ad virtutes ho
minū ꝯuertit: ſed ad imūda vitia
quibus cibat̄ ⁊ paſcit̄. Eſt iſte vt
poꝛcus ex ꝯuerſatōe hūana eicien
dus. Unde Augu. Quiſqꝫ amat
dictis abſentū rodere vitā. Hanc
menſā indignā nouerit eſſe ſibi.
Et Salomon. puer.xxiij. Cum
detractoꝛibus ne ꝯmiſcearis. picu
loſa eſt eoꝝ ſocietas. Et vt hoꝛribi
lius ꝯcludā: infeliciſſimus detra
ctoꝛ efficit̄ peioꝛ ⁊ inutilioꝛ īferno.
Eccl.xxviij. Utilis infernus poti⁹
eſt: q̄ illa.ſ.lingua neq̄. hec ille.
Nā infernus non ſuſcipit neqꝫ ex
cruciat bonos. detractoꝛ vo neqꝫ
bonis neqꝫ malis pcit. ¶ Tertia
malignitas detractōis dr̄ excluſio.

Excluduntur ſiquidē mordaciſſimi detractores ab accuſatōe ⁊ teſtificatōe. Hoc ꝓmulgatū eſt ī decretis .iij. q. iiij. c. Detractores qui diuina auctoritate eradicādi ſunt ⁊ auctores inimicorum: ab ep̄ali ſubmouent⁹ accuſatōe vel teſtimonio hec ibi. Et .iij. q. v. c. Nullus ſeruus nullus libert⁹: null⁹ īfidelis: null⁹ criminibus irretitus: nullus calūniator. nullus qui inimicitijs ſtudet: nullus frequēter litigans: ⁊ ad accuſandū vel detrahēdū facil'. nulla infamis pſona: vel oēs quos ad accuſanda publica crimina: leges publice nō admittunt epos accuſare ꝑmittunt͛. hec ibi. Neqȝ mirū Ait .n. Apl's. Ro. i. Detractores deo odibiles. Et. ps. 100. In perſona dei ait. Detrahētē ſecreto ꝓximo ſuo: hunc pſequebar. Et ſic patet qȝ grauiſſimū: qȝ deteſtādū qȝ abhorrēdum ſit peccatū detractiōis: ꝓpter qd̓ infeliciſſimi dtractores: primū occidūt: aſſimilant͛ viliſſimis rebus: excludunt͛ turpiter ab eccleſia. ⁊ tandē diuine clemētie odiū incurrunt.

TErtio principaliter ꝯſiderare debem⁹ detractiōis ſpecificatōem. Duodeciȝ nāqȝ ſunt modi in quibus detractor mortal'r deū offendit: quos vt integre de tāto crimīe ꝯfiteri poſſitis inſinuare conabor. ¶ Prim⁹ mod⁹ eſt .d. Alberti in .ij. ſen. Et .ſ. Doc. xxij. q. lxxiij. ar. i. Dicit͛ impoſitiu⁹. Cū qs imponit falſū alteri: dicēdo aliqd crimē mortale cōmiſiſſe: qd ſcit verū nō eē mortal'r peccat: ⁊ tenet͛ ad reſtitutiōez fame: niſi ex h' imineret ſibi magnū ꝑiculū. Idē qn̄ de ſe: dicit mortale peccatū qd verū nō ē etiā ſi timore pene h' diceret. Puta ne reducat͛ ad torturā mortal'r peccat: qr tenet͛ quiſqȝ ſibi de fama ꝓuidē. ¶ Secūdus mod⁹ eſt .ſ. Doc. vbi .ſ. dr additiu⁹. Cū qs narrās peccatū mortale alteri⁹: auget nōbil'r verbis ſuis: ⁊ ſcḋm qȝ auget vel intētiōez h't ſic ē mortale vel veniale. Ut ſi qs diceret Antoniū furatū eſſe centū florenos: ⁊ tñ nō ſunt niſi qnqȝ. dic. Iohēz ꝑcuſſiſſe aliquē duris verberib⁹: q tñ leuit͛ ꝑcuſſit: mortal'r peccat. Et ſi illud qd addit ē falſum ⁊ nōbile tenet͛ ad reſtitutiōem fame. ¶ Terti⁹ mod⁹ eſt .ſ. Doc vbi .ſ. dicit͛ reuelatiu⁹. Cū qs peccatū alteri⁹ mortale ⁊ verū ſȝ occultū manifeſtauit alijs tūc peccat mōtal'r qn̄ dicit ex maliuolētia intēdēs īfamare eū: q: fac̄ ꝯ legē euāgelicā dicētē. Si peccauerit ī te fr̄ tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipm ſolū: ⁊ tenet͛ ad reſtitutiōem fame quātū pōt niſi p aliam viā eſſet publicatum. ¶ Quartus modus ſcḋm.

.ſ.Doc.vbi.ſ̄.dr̄.ꝯuerſiuꝰ.Cuꝫ illud qḋ ē bonū:vipuia Petrus dat elemoſynā: diſcurrit ad indul/gētias:frequētat eccleſiā:audit de uote diuina officia:aliqs dicit ma la itētiōe factū:vt ꝑ hypocriſiꝫ:ſu pbiā:vanagliam:itēdēs diffama re:moꝛtalr̄ peccat:nō tn̄ tenet ad reſtitutionē fame. Ōēs.n.debent ſcire intētionē ⁊ finē agētis bona opa:cognoſci nō poſſe:ideo neqꝫ credi dꝫ.¶ Quītꝰ modus ſm̄.ſ. Doc.vbi.ſ̄.⁊.d. Alber.in.ij.ſen. dr̄ negatiuꝰ.Cū narrat de aliquo ꝙ eſt rectus ⁊ iuſtꝰ ⁊ elemoſyna/rius:deuotus ⁊ huiuſmodi bona opa faciēs:aliqs itēdēs detractio nē ⁊ fame diminutionē dicit non eſſe verꝫ:moꝛtaliter peccat:lꝫ idi/recte detrahat. ¶ Sextꝰ modus ſm̄.ſ.Doc.dr̄ taciturnus. Cū que/rit de ꝯuerſatiōe alicuius:vt exhi beat ei aliqḋ beneficiū vl̄ officiū. Et Petrus ſciēs multa bona de illo ex quibꝰ ad tale officiū iudica ret aptus:malicioſe tacet ne ꝯſe/quat illud:moꝛtaliter peccat:lꝫ i/directe detrahat. Idẽ de puella nuptui tradēda:de qua cū ſit vir tuoſa malitioſe tacet eius bonū:ne tale matrimoniū locū habeat: moꝛtale peccatū ē.vn̄ Gilbertus poꝛretaneus egregie dicit. Grauis rapacitas:cū verā alterius glīam ⁊ ſi mēdacio nō coꝛrūpis:ſilent.o

pꝛeterio.Tuos.n.excellētā ꝑpetuā ſemꝑ cogitās:alienā obſcuras. h ille. ¶ Septīmꝰ modꝰ.ſm̄.ſ.doc. vbi.ſ̄.dr̄ ſcriptiuꝰ. Cū qs cōpo/nit ⁊ ſcribit cedulas: cātilenas: vl̄ ſonetū:ſuꝑ aliquo crimine alicuiꝰ: falſum vel etiā veꝝ:ſed occultuꝫ: ſed vt diffamet:moꝛtaliter peccat. Silr̄ lꝫ qs nō fecerit:tn̄ inuenit ⁊ manifeſtat vt diffamet:moꝛtaliter peccat.Sꝫ ⁊ ꝯficiēs huiuſmodi li bellū famoſum meret quadrupli cē penā. Pꝛimo ſi agat crimina/liter ſm̄ leges ē pena capitis:tam ꝯ illū qui fecit:qꝫ ꝯ illū qui inue/nit ⁊ nō coꝛrupit:vel iuētū alicui reuelauit.C.de famoſis libellis.l. vnica.⁊ in.c.Si q.v.q.i. Si quis famoſum libelluꝫ:ſiue domi:ſiue in publico:ſiue in quocūqꝫ loco: ignarus repit:aut coꝛrūpat pꝛiuſ ꝙ̄ alter inueniat:aut nulli fateat in uentū. Si vero nō ſtatim eaſdem cedulas vel coꝛrupit vel igne cō buſſerit:ſed vim eaꝝ deloſe ma/nifeſtauerit:ſciat ſe:quaſi auctoꝛẽ huiuſmōi delicti:capitali ſnie ſub iugandū. Huiuſmodi aūt libellus alterius opinionē nō ledit . Hoc iperatoꝛ Valentinianus ⁊ Vale rius in ꝯcilio eliberitano hec ibi. Scd̄o ſi agat ciuiliter.ſ. ctiōe in iuriaꝝ que nō publici: ſed pꝛiuati iudicij ꝯtinet querelā. C de iniu rijs.l.iniuriaꝝ.ſic puniet ſm̄ iura

mētū actoris: ⁊ taxatiōes iudicis: vt inſtitu. de iniuris. parapho. pe na. Tertio ſi agatur ſm canones: ſic qui libellū famoſum ꝯficit: fla gellet ⁊ excōicetur. in. c. Qui in alterius. v. q. i. Qui ī alterius fa mā publice ſcripturam: vel verba ꝯtumelioſa ꝯfinxerit: ⁊ repertus ſcripturam nō ꝓbauerit: flagellet ⁊ q̄ eā prius inuenerit rūpat: ſi nō vult auctoris facti cām incurrere: hec ibi. Et pōt deponi cū ſit gra ue crimē ⁊ dānatione dignissimū vt in. c. Nunc autē. d. xxv. xl. In foro penitētiali nō abſoluitur niſi prius famā reſtituat. v. q. i. c. Qui dā maligni ſpūs: cū ſit excōicat⁹. ¶ Octau⁹ modus ſm. d. Anto. i ſumma. tractatu de inuidia. dr ſu ſpicatiuus. Dicit. n. Si qs ex ſu ſpitione loquens: aſſerit qđ igno rat iponendo crimē mortale alte ri ex odio vel loquacitate videtur mortale. Nam nemo dʒ aſſerere qđ ignorat. ff. de edilitio edito. l. Si qs. parapho vltio. Sec⁹ ſi ex loquacitate diceret ſe audiuiſſe ta le crimē. ¶ Non⁹ modus ſm. d. Antoninū dr accuſatiuus. Cū ali quis denunciat crimen alteri⁹ etiā verū: vel accuſat non zelo iuſticie ⁊ virtutis aut correctionis: ſed ex odio ⁊ maliuolentia: peccat morta liter: ſed non tenetur ad reſtitutio nem fame: ſi ſeruauit ordinem iu ris. Ecōtra ſi accuſauit de falſo te netur ad reſtitutionem fame. Si autē ſignificauit peccatū alterius etiā occultū prelato: vel patrifa milias: vel ꝯfeſſori: aut alteri vt poſſit prouideri aut emēdari: ſer uatis circūſtantijs debitis: eſt cha ritas ⁊ meritū. Idē pro auiſatiōe: vt caueatur ꝯuerſatio alicuius vi tioſi ne inde plures ificiantur. ¶ Decimus modus ſm. d. An tonium dr relatiuus. Cū aliquis refert peccatum mortale alterius: lʒ ſit publicum: tn̄ mouetur ad re plicandū ex odio: mortaliter pec cat. ¶ Undecim⁹ modus ſm. d. Antonium dicitur ſecutiuus. Cū quis peccata aliorum falſa dicit: gratulandi cauſa ⁊ truſandi. ſʒ cre ditur: ⁊ ſequitur infamia: mortali ter peccat: licet nō faciat intētiōe infamādi. ¶ Duodecimus mo dus ſm. d. Antonium dicit audi tiuus. Cum quis incitat aliquem ad infamandum aliū: ⁊ audit libē ter: ſibiqʒ placet: talis diffamator vtiqʒ mortaliter peccat. xi. q. iij. c. Non ſolum ille reus eſt: qui fal ſum de aliquo profert: ſed etiam qui cito aurem criminib⁹ prebet. Ratio ſʒ Hiero. quia nemo in uito auditore libenter loquitur. Unde Bernar. Detrahere aut detrahentem audire: quid horum dānabilius ſit non facile iudico.

Poſſet etiam peccare mortaliter audiens detractorem: ⁊ nõ admonens aut reprehendens: maxime ſi ex officio tenetur: eo q᷑ eſt ſubditus eius. Quando autem quis tenetur reſtituere famam: ſi verũ dixit: dicat ſe male dixiſſe. Si falſum: falſe dixiſſe. Si ille de quo infamia facta eſt ſciuit: peccat veniaꝫ detrahens. Si neſciuit: nõ peccat. Audiſtis chariſſimi huius periculoſiſſimi vitij varias ſpecies.

Emendate voſipſos: frenate linguam: ⁊ vt Hierony. ait. Prius ad limã q̄ȝ ad linguam verba veniant. Hoc certe peccatuꝫ eſt quo maior pars mundi: in omni cõditione ⁊ ſtatu ſeculari aut religioſo damnatur. Audite decretum ſanctum. vi. q. i. c. Ex merito. Caueat vnuſquiſqȝ ne linguam aut aures habeat prurientes: ne aut alijs ipſe detrahat: aut alios detrahẽtes audiat. Sedens. ſo. inquit aduerſum fratrem tuum loquebaris detrahendo: ⁊ aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalũ. Parcant ſinguli detractioni lingue: cuſtodiantqȝ ſermones ſuos: ſciãtqȝ cuncta que de alijs loquũtur: ſua ſententia iudicabuntur: hec ibi. Preſtante ieſu dño qui ẽ benedictus in ſecula. Amen.

¶ Feria ſecũda ſcđe dñice. De mendacio. Sermo. xx.

Vos de hoc mundo eſtis Joh. viij. Cogitanti mihi atqȝ aĩo mẽ repetenti: cur deus oĩpotẽs a principio linguã hoim tradiderit: reperio tandẽ cãm fuiſſe potiſſimã vt ĩ diuinis laudibꝫ ac pnũciatiõe veritatis eã iugiter exercerẽt. Sꝫ tãta ẽ hodiernis dieb⁹ humana miſeria: vt multi ſe ſerta veritate ſeſe falſitatib⁹ ⁊ mendacijs immiſceãt. Ex hoc pfecto dyaboli imitatores ⁊ filij effecti ſunt: q̄ mẽdax ẽ ⁊ pater ei⁹: vt dicit ſaluator. Jo. viij. Cõtra quos inuehit Dauid ſymphonides egregi⁹. d. Ut qd diligitis vanitatẽ ⁊ queritis mendaciũ. Hi pfecto nõ ſũt de parte: ſꝫ de hoc mũdo ſũt: vt innuũt verba aſſumpta ⁊ ĩ hodierno euãg. recitata. In quo tria ſingularia documẽta notant. ¶ Primũ documẽtuꝫ ẽ: q̄ multi ſũt q̄ nolũt conuerti ad deũ: ⁊ tñ benigne vocat eos: ſꝫ veniet tp̄s q̄n cupiẽt conuerti ⁊ nõ poterũt: q᷑ de⁹ recedet ab eis grãm ſubtrahẽdo: ⁊ ſic ĩ pctõ morieñ. Hoc tãgit p̄ma pte euãgelij. ib. Ego vado ⁊c. ¶ Scđm documẽtũ ẽ. q̄ multi veritatẽ nõ itelligũt neqȝ capiũt: q᷑ de hoc mũdo ſũt. i. mũdanis reb⁹ totaliter occupati. ibi. Et dicebat eis. vos de deorſuꝫ eſtis. ¶ Tertiũ documẽtũ ẽ: q̄ bene.

operant ꝛ viuūt ſoli nō ſunt: ſed hūt deū cum ſeipſis. Hoc tangit̃. ibi. Qui me miſit mecū ē: ꝛ nō reliqt me ſolū: q: que placita ſūt ei facio ſemp vitādo maxime mēdacium. Hec q̄ mēdacio tria ↄſiderabim⁹.

℄ Primo grauationem.

℄ Secundo pniitionem.

℄ Tertio ſpecificationem.

℄ Primo cōſiderare debemus mendacij grauationē. Pro cui⁹ declaratione ſciendum eſt ſm. ſ. Tho. xxij. q. cx. ar. iij. ꝙ omne mē daciuȝ ē peccatuȝ: q: eſt maluȝ ex genere. Eſt eni act⁹ cadens ſuper indebitā materiā. vnde Augu. in lib. ↄ mēdaciuȝ. Et i lib. Enchi. Et xxij. q. ij. c. Mihi autem ꝛc̃. Primū in fine dicit. Mihi aūn nō ab ſurde videt̃ oē quidē mēdacium eſſe petm̄. Et Iſidorus in ſinoni mis. Et. xxij. q. ij. Oē genus men dacij ſūmopere fuge: nec caſu: nec ſtudio loq̄ris falſum: nec vt pſtes mentiri ſtudeas: nec alicꝫ fallacia: vitā alicui⁹ defendas. Tunc men daciū i oib⁹: ꝫ ille. Ubi nō. ſm. ſ. Tho. xxij. q. cx. ar. ij. Et. ſm. d. Al bertū in. ij. ſen. d. xv. Et Ray. ac etiā Aug. i. ps. v. Et i decretꝫ. xxij. q. ij. c. Ne q̄s ꝙ mēdacium ē tri plex. ſ. iocoſuȝ. qđ ē cū aliqs mētit̃ cā ſolatij. Officioſuȝ. cū aliqs mē tit̃ cā vtilitatis ꝓprie vl' alteri⁹ ipa lis vl' ſpūalis ſine dāno alteri⁹ Et. hec mēdacia. ſ. iocoſa vel officio ſa ſunt peccata vēialia. Tertiū mē daciuȝ ē pniitioſuȝ. i. funeſtū. i. ſcele ratuȝ. ſm papiā. Et tā graue ē vt ſit peccatuȝ mortale: qđ triplici ra tione declaro.

℄ Primo rōne prohibitionis.

℄ Secundo rōne peruerſionis.

℄ Tertio rōne infectionis.

℄ Dico primo ꝙ mēdaciū pni tioſuȝ ē petm̄ mortale rōne ꝓhibi tionis ſic. De⁹ q̄ eſt veritas ꝑma: ſūma: ꝛ icreata: ꝓhibet mēdaciū pnitioſuȝ: ergo pnitioſuȝ mēdaciū ē petm̄ mortle. Añs ꝓbat̃. Qꝛ mē daciū pnitioſuȝ ē ↄ ꝑceptū. viij. le gis. vbi dr̃. Exo. xx. Nō loq̄ris ↄ ꝓximū tuū falſū teſti. Leui. xix. nō mētiemini. Exo. xxiij. Non ſuſci pies vocē mēdacij. Et ibidē. men daciū fugies. Eccl'. vij. Noli velle mētiri oē mēdaciū. Aſſiduitas. n. illi⁹ n̄ ē bōa. Itez. Ec. iiij. Ne accī pias aduerſus aiaꝫ tuā mēdaciuꝫ. Et ad Col'. iij. nolite mētiri ĩuicē. Et Ja. iij. nolite gl'iari ꝛ mēdaces eē. Et ex h̄ ſcī viri: orabāt ne ↄ ꝓ hibitōeꝫ dei facerēt mētiēdo. ꝓu. xxx. c. vāitatē ꝛ v̄ba mēdacij lōge fac a me. Et Job. xxvij. nō loquēt̃ labia mea iniq̄tatē: nec līgua mea meditabit̃ mēdaciuꝫ. Et ideo ipſe in dn̄o glorians dicebat. xxxvi. c. Et Eccleſia. li. Liberaſti me a la bijs operantium mendacium. Et

Iob reprehendens mendaces aie
bat.xiij.c. Nũquid deus indiget
veſtro mẽdatio vt pro illo loqua
mini dolos? Ex hoc igiť mendati
um ꝑnitioſuȝ ẽ peccatũ mortale:
q2 a deo omnino prohibitum. Et
intantũ ẽ ꝓhibitũ mẽdaciũ: vt dicat
ſ. Doc.xxij.q.cx.ar.iij. Et in q̃oni
bus de malo.q.xv.ar.i. Nullus
debet dicere mẽdatiũ vt ipſe vel
alius euadat morẽ corpalem: vel
quodcunq3 aliud piculũ: vel imũ
ditiá. Et.xxij.q.ij. Ne quis. Et.c.
Faciat hõ.ꝛ.c. oẽ gen⁹.ꝛ.c. Si quis
ad te. Immo adeo ꝓhibitũ eſt: vt
mẽtiri nõ liceat ẽt pro ſalute aiaꝝ.
vñ.xxij.q.ij.c. Primũ eſt.ꝛ ſunt
verba Auguſtini in libro de mẽda
tio.dicẽtis. Ad ſempiternã vo ſa
lutẽ: nemo ducẽdus ẽ opitulante
mendatio. Rõnẽ reddit.d. Alber
tus in.ij.ſen.d.xxxv: q2 mẽdatium
nunq̃3 põt bñ fieri. Q2 ſemꝑ pri
uat ordinẽ ſermonis ac veritateȝ.
verũ ſm.ſ.Tho.ꝛ Agu.xxij.q.
ij. Ne quis: licȝ prudẽter occultare
vitatẽ ſub aliqua diſſimulatione.
nõ tamẽ mẽdatiũ dicẽs. vt exem
pli gratia. queriť homicida a licto
ribus qui fugiẽdo ante me tranſi
uit: querunt illi an viderim illuȝ fu
gientem: ego ponẽs manũ in ma
nica. Rñdeo.nõ tráſiit hac. vel
mouẽs me de loco in quo erã qñ
fugiebat.aio.poſtq̃3 ſum hic nun
me vidi. Et ſic de ſimilib⁹. ¶ Se
cundo probať mendatiũ pernitio
ſum eẽ peccatum mortale: ratione
perverſionis.ſic. Quicunq3 per
nitioſe peruertit ordinem nature.
peccat mortalr. Ordo enim natu
re eſt vt omnia fiant ꝛ operentur
propter finem: vel ad finem. vt di
cit pħs.ij. Metha.ij: de aia ꝛ.ij.
phy. Nã ſemper ipſa natura ope
ratur ꝛ dirigit ad id quod melius
eſt: vt patet.ij.phy.ꝛ.ij.de ſomno
ꝛ vigi.ꝛ.i.ethy. Sed mẽdoſus ꝑ
ris q̃3uis ſapientiſſimis nihil ſcie-
bat: Et Socrates ait. Unũ ſcio ꝙ
neſcio. Hinc Pythagoras vt ait
Lactãtius in. iij. di. inſti. ij. c. Au-
ſus ẽẽ dicere ſapientẽ: ſꝫ ſapiẽtie
amatorẽ. i. phm. Nõ ſatiat ergo
hõ ex pte intellect⁹. Hoc concludit
Tulius in tuſculanis di. Ineſt mẽ
tibus nr̃is inſatiabilis quedã cupi
ditas veri videndi. ¶ Scḋo nõ ſa-
ciat hõ in hoc mũdo ex pte volũ-
tatis. Bonũ. n. ẽ obiectũ volunta
tis vt dicit Ari. in. i. ethy. Et in. iij.
de aĩa. Nullũ ãt bonũ creatũ põt
ſaciare hoĩs voluntatẽ: nõ diuitie:
nõ honores: nõ gloria: nõ fama: nõ
potẽtia. Seneca ad Luciliũ. Cõge
rat in te q̃cq̃d multi locupletes
poſſederũt vltra priuatũ pecunie
modũ: fortunate. pucbat: auro te-
gat: purpura veſtiat: ⁊ ad hũc mo
dũ deliciarũ ⁊ opum te perducat:
vt terrã marmorib⁹ abſcondas: ⁊
nõ tm̃ tibi liceat hẽre diuitias ſed
calcare. Accedit ſtatue ⁊ picture:
⁊ q̃cq̃d ars vlla luxurie elabora-
uerit maiora ab his cupe diſces.
hec ille. Et Tullius in libro para-
doxoꝝ. Nunq̃3 ego hercle neq3
pecunias iſtoꝝ: neq3 tecta magnifi
ca: neq3 opes: neq3 imperia: neq3
eas quibus maxime abſtricti ſunt
voluptates: in bonis reb⁹ aut ex-
petẽdis eẽ duxi. Quippe cũ vide
rẽ hoĩes his reb⁹ circũfluẽtes: ea
tñ deſiderare maxĩe quib⁹ abũda
rẽt. Neq3. n. expletur vnq̃3 nec ſa
ciat cupiditatis ſitis. Refert Se-

neca in libro de beneficijs: ꝙ Alexander magnꝰ Anaximandro comiti ſuo inumerabiles mundos aſſerenti ex auctoritate Democriti. Heu inquit me miſerū ꝙ ne vno quidē adhuc ſum potitus. De ipo Iuuenalis i. x. ſatyra ſic dixit. Unꝰ pelleo iuueni nō ſufficit orbis. Eſtuat infelix anguſto limite mūdi. Ut gyare clauſus ſcopulis puaqʒ ſeriphos. Et Quintus Curtius refert quēdā Alexandro dixiſſe. Si dij habitū corporis tui: auiditati animi tui parē eē voluiſſent: orbis te nō caperet. Si daret̄ igit̄ homini totius mūdi dominiū ⁊ celoꝝ ipe riū minime ſaciaret̄. ¶ Tertio nō ſatiat̄ hō in hoc mūdo ex pte ſenſus. Particulare eniʒ ſenſibile eſt obiectū ſenſus: vt ait Ari. in. ij. de aia ⁊ in. iij. Aia ē quodāmō oia p ſenſum ſenſibilia. Uiſus eni nō ſaciat̄ in vidēdo colorē: albū: nigrū: viridē: croceū: celeſtinum ⁊ cetera colorata. Auris nō ſaciatur in audiendo cantꝰ. melodias. voces humanas. ⁊ reliquā totius artis muſice armoniā. Eccl'es. i. Non oculus viſu: nec auris auditu implet̄. Guſtus non ſatiamr in deguſtatione ciborum: ſapoꝝ ⁊ epularū totius coquoꝝ artis. Odoratus non ſaciatur in varietate odoris ⁊ fragrantie. Non in odore violarum: roſarum: liliorum: gariofolorum: aliorumqʒ florum: herbarum: fructuum: aromatum. Tactus deniqʒ non ſaciatur in delectatiōibꝰ venereis: laſciuis: carnalibus: ſodomitis: mollicijs ⁊ beſtialitatibus. Unde Tullius, libro. v. tuſculanarum ait. Xerſes quidem refertus omnibus premijs doniſqʒ fortune non equitatu: non pedeſtribus copijs: non nauium multitudine: nō infinito pondere auri contentus: premium propoſuit, qui nouaʒ voluptatem inueniſſet: qua non fuit ipſe contentus. Nunqʒ enim finē inueniet libido. hec ille. Sed q verius hanc ſententiam nobis inſinuare poteſt qʒ rerum ille: tantis affluens delitijs. tam ſublimis. taʒ potens ⁊ glorioſus: vt mortalium nullus vnquā fuerit: terrenoꝝ bonoruʒ beatior aut felicior. Ubi eſt Salomon rex: Dauid filius: qui omnibus mundi bonis affluens: nunqʒ contentus fuit. Habetur in prime. iij. Re. c. iiij. ꝙ Salomonis dominiū erant omnia regna a flumine terre philiſtim vſqʒ ad terminum egypti: que ei offerebant munera ⁊ ſeruiebant ei cunctis diebus vite ſue. Fuit dominꝰ ſuper omnes duodecim tribꝰ iſrael: vt habet̄ libro. iij. Re. Eratqʒ pacificus ⁊ eius ſubditi abſqʒ timore viuebant. Et. iij. Re. iiij. de expenſis quottidianis: que erāt tri

ginta chori ſimile. ⁊. lx. chori ſarie. x. boues pingues. ⁊. xx. paſcuales. ⁊ centum arietes. excepta venatione ceruorum. caprarum atqꝫ bubalorum ⁊ auium altilium. Et eſt opinio: ꝙ chorus eſt menſura mille librarum. Ex quo veriſimiliter comprehenditur: ꝙ familia eius erat. xxx. milia perſonarum. Habebatqꝫ. xl. milia preſepia equorum curriliam. ⁊. xij. milia equeſtrium Et. iij. Re. iiij. habetur: ꝙ deus dedit Salomoni diuitias ⁊ gloriam: vt nemo fuerit ei ſimilis in regib⁹ cũctis retro diebus. omneſqꝫ qui remanſerant de amorreis. etheis gebuſeis. ferezeis. fecit ſibi tributarios. Regina quoqꝫ ſabba dedit ſibi. cxx. talenta auri ⁊ aromata multa nimis. gemmaſqꝫ precioſas. Et. iij. Re. x. dicitur: ꝙ erat pondus auri quod offerebatur Salomoni p ſingulos annos ſexaginta milia ⁊ ſexaginta ſex talentorum auri. excepto eo quod offerebant viri qui erant ſuper vectigalia: ⁊ ſuper negociatores: ⁊ omnes reges arabie duceſqꝫ terre: ita vt a noſtris eſtimetur introitus ordinarius Salomonis. quatro milioni ⁊ cinquecento cinquãtacinque milia e quatrocento quaranta ducati: ſine alijs introitibus cõmunibus. Eſt autem ſciendum ꝙ talentum eſt triplex ſm Catholicon. Primum eſt quinquaginta librarum. ſm aliquos ſeptuaginta duarum librarum. ſm alios. cxx. librarum Sumendo autem medium. ſ. ꝙ eſſet. lxxij. librarum. introitus eius aſcendebat ad quadraginta ſeptem milia ⁊ nongenta quinquaginta duo. libras auri. Libra autem auri valet circa nouaginta ducatos. De hoc vide dominum Antoninum in ſecunda parte ſumme. Argentum quoqꝫ illis diebus erat in tanta copia: vt nullius precij reputaretur. Fecit templum dei famoſum in toto orbe: ad cuius opus pro exciſione lapidum de montibus ſeptuaginta milia virorum erant occupati: ⁊ in ſeptem annis compleuit tam grande opus. ij. parali. ij. Sapientia quoqꝫ eius erat miranda: ad quam audiendam ⁊ videndaꝫ venit regina ſabba a finibus terre: ⁊ plurimi de cunctis populis accedebant. Excedebat enim eius ſapientia omnium orientalium egyptiorum ſapientiam: ⁊ cunctis hominibus ſapientior erat. Et. iij. Re. iiij. ſcribitur ꝙ locutus ẽ tria milia parabolas: ⁊ carmina eius fuerunt quinqꝫ milia. Et diſputauit ſuper lignis. i. arboribus a cedro que eſt in libano vſqꝫ ad yſopum: que egreditur de pariete Et diſſeruit de iumentis ⁊ volucri-

bus ⁊ reptilibus ⁊ piſcibus. Fuit enim ſibi ſapientia diuinitus infuſa: ouum doꝛmiret a pꝛincipio regni prout poſtulauerat a deo. Quid de eius voluptatibus: Tot ⁊ tante fuerunt: vt dictu turpe videatur: tamen quia ſcriptura commemoꝛat ⁊ ipſe referam. Nā. iij. Re. ij. dicitur ꝙ fuerunt ei vxores quaſi regine ſeptingente. ⁊ cōcubine trecente. His itaqꝫ copulatus eſt Salomō ardētiſſimo amore. Et auerterunt mulieres coꝛ eius. Cūqꝫ iam ſenex eſſet deprauatum eſt coꝛ eius per mulieres. Petimus igitur a te O ditiſſime Salomon. O potētiſſime rex. O glorioſiſſime. O voluptuoſiſſime inter omnes moꝛtales: fuiſti ne contentus: Reſponde. Non vnqꝫ. Te ſaciauit mundus: Non vnqꝫ: leciaſti ne vnquam coꝛ tuū: Non vnquā. Uide quid ego de me ſcripſi. Eccleſiaſte. ij. Magnificaui opera mea: edificaui mihi domos: ⁊ plantaui vineas: feci hoꝛtos ⁊ pomeria: ⁊ cōſeui ea cuncti generis arboꝛib⁹. Et extruxi mihi piſcinas aquarū vt irrigarē ſiluā lignoꝝ germinantiū. Poſſedi ſeruos ⁊ ancillas: multamqꝫ familiam habui: armenta quoqꝫ ⁊ magnos ouium greges: vltra oēs ꝙ fuerunt ante me in hieruſalē. Coaceruaui mihi argentū ⁊ aurū: ⁊ ſubſtantias regū ⁊ prouinciarum. Feci mihi cantatores ⁊ cantatrices: ⁊ delicias filioꝝ hominum: cyphos ⁊ vrceolos in miniſterio ad vina fundenda. Et ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in hieruſalem. Sapientia quoqꝫ perſeuerauit mecum: ⁊ oīa que deſiderauerunt oculi mei nō negaui eis: nec pꝛohibui coꝛ meū quin omni voluptate frueretur: ⁊ oblectaret ſe in his que preparaueram. Et hanc ratus ſum partē meā: ſi vterer laboꝛe meo. Cūqꝫ me conuertiſſem ad vniuerſa opera: que fecerant manus mee: ⁊ ad laboꝛes in quibus fruſtra ſudaueram: vidi in oībus vanitatem ⁊ afflictionem animi: ⁊ nihil permanere ſub ſole. h ille. Sed dices. Cur homo i hac vita nūqꝫ ſaciari cōtentari nec quietari poteſt: Reſpōdeo Cū hō ſit creat⁹ ad imaginē dei ⁊ ſilitudinē. Gen. i. Et ſ. doc. i pꝛima pte. q. xciij. ar. iiij. in pꝛimo ſen. d. viij. q. v. dic ꝙ aīa hūana ē tāte dignitatꝭ: vt deo p ſilitudinē ſit ꝓpinqua. Jō nulla re creata ſaciari aut qetari pōt. Ait. n. Augu. i. ꝯfe. Feciſti nos dñe ad te ⁊ igetū ē coꝛ nrm: donec reqeſcat i te. Et ps. Qui replet i bonis deſideriū tuū. Ad qd clari⁹ itelligēdū dat rō nāl' ⁊ exēplū. Nā Ari. i. viij phy. dic ꝙ res oꝛdiata ad finē nūqꝫ qeſcit

donec attingat ad illum. Et cũ oĩpotẽs deus ſit finis noſter. Apo. primo. Ego ſum alpha ⁊ o princi piũ ⁊ finis. Ideo nunq̃ʒ hõ quieſcit: niſi in viſione diuine eſſentie. Exẽplum naturale: eſt tale. Si.n. detur vna cupa triangularis: ⁊ vnũ pomum rotũdum: ponaturq̃ʒ pomum in cupa nõ replebit: quia ẽ diſſimil' ⁊ diſproportionata. Naʒ figura ſperica non replet figuram triangularẽ: nec ecõuerſo: poſito pomo ſperico in figura triangulari: adhuc tres anguli vacui remanebunt. Res tamen eiuſdeʒ figure ⁊ proportionis: vna aliam põt replere. Similiter ẽ de anima humana que licet nõ habeat figuraʒ corporalem: hʒ tamen ſpũalem: q: ad ymagineʒ trinitatis eſt creata. Ideo eſt figure triangularis: cui⁹ tres anguli ſunt: memoria: intelligentia: voluntas. Mundus hʒ figuram ſpericam ſm Phm. i. de celo ⁊ mundo. Terra enim ignis: aer: ⁊ aqua: planete: ⁊ ſtelle: habent figuram ſpericã ⁊ rotundã. Et ſic omnia illa ſunt quaſi vnum pomum rotũduʒ. Itaq̃ʒ ſi ponat totus mundus in corde hominis: ſeu ĩ anima humana: ita vt hõ ſit dñs totius mundi: ſicut fuit Alexander: adhuc cor hominis nõ eſt repletum. Reſtãt tres anguli vacui .ſ. memoria: intellectus: ⁊ volũtas. Deus autẽ eſt eiuſdẽ figure cum anima: cũ ſit vnus in ſubſtantia: ⁊ trinus in perſonis. Sic aĩa vna ĩ ſubſtantia: ⁊ trina in potentijs. Ideo ſolus deus poteſt ſatiare ⁊ quietare homineʒ. Pater replet memoriã. Filius intelligentiã. Spũſſanctus voluntatem. Unde Dauid in ps. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Ergo relinqñ dus ⁊ calcandus eſt mundus: qui ſtabilis: pulcher: bon⁹: delectatiõe ⁊ ſacietate plenus videt: ſʒ fedus: ⁊ imundus: inſtabilis malignus: ⁊ inſaciabilis ẽ. Audi digniſſimuʒ ⁊ memoriter tenendum exemplũ. Quidam iuuenis: cui mũdus plurimũ placebat. ſemel dum eſſet in eccleſia vidit mulierẽ quandaʒ: in facie: in oculis: in fronte: ⁊ in parte anteriori: totius corpis pulcherrimã: ⁊ mirũ imodum decorataʒ. Ad quam reſpiciens: tantam eius pulchritudinem miratus eſt: ita vt oculos in eam continue fixos teneret: que ⁊ ſibi magnopere placebat. Cum vero populus receſſiſſet. h domina iuuenem ad ſe vocauit ⁊ dixit. Placet ne tibi aſpect⁹: decor: ⁊ pulchritudo mea? Cui iuuenis ait. Placet equidem. Tũc illa cum ſpatulis ſe verſus iuuenẽ reuoluit: dicens. Modo reſpice ⁊ diligenter conſidera. Reſpexit ⁊ vidit totam apertam ipſam: ptẽ

posteriorē dorsi in qua vidit ſedita tem nimiā turpitudinē: ſcaturientes vermes: ſtercora ⁊ fetorē exalantē. Et ſic euanuit. Tūc intellexit prudēs iuuenis hāc eē mūdi vitā fallacē ⁊ pditricē: iſtabilē: malignā ⁊ inſatiabilē. Quāobrē mundum relinquēs: religioſus effectus ſānctiſſime vixit. Igit ⁊ vos amatores mūdi expergiſcimini ⁊ laſſate lo inſtabile mundo: laſſate lo maligno mūdo: laſſate lo iſaciabile mōdo. Et ſic habebitis hic gratiam ⁊ alibi gloriam. Amen.

¶ Feria ſcōa dñice paſſiōis. De morte. Sermo. xli.

Modicū tempus vobiſcū ſum. Jo. vij. Si mens humana obcecata peccatis: ferocitatem mortis frequenter cogitaret: vniuerſas mundi vanitates: delitias omnes: cūctaſqꝫ vitia prōpte calcaret. Ait enim Aurelius Auguſtinus. Nihil eſt qd̄ ſic reuocet a peccato q̄ frequens cogitatio mortis. Idem ⁊ moralis Gregorius. cōfirmat dicens. Nihil adeo valet ad domāda carnalia deſideria: ſicut cogitare qualis ſit futura ipſa moritura caro. Et lꝫ miſer homo delitijs ⁊ voluptatibus inuolutꝰ: non nunqꝫ longo tpe viuere videatur: cito tamen pterit eius vita que delectabilis apparebat. Unde ⁊ cunctis beniuolis ⁊ amicis: in ſupremo ſpiritu cōſtitutis: merito dicere poteſt. Modicū tempus vobiſcum ſum. que fuerunt verba in euangelio recitata. In quo tria ſingularia documenta habemus. ¶ Primum documentum ꝙ multi querūt chriſtū ⁊ non inueniunt: qr non querūt vbi eſt: ſed vbi non eſt: videlicet in honoribus ⁊ pōpis ac mundi huius vanitatibus. Hoc patet pma euangelij parte ibi. Queritis me ⁊ non inuenietis. ¶ Scōm documentū ꝙ quicunqꝫ ſitit ⁊ cupit bona vel tēporalia vel ſpūalia accedat ad xp̄m: qui dat oībus afflūēter ⁊ abundanter. Hoc pꝫ ibi. Si quis ſitit ⁊c. ¶ Tertiū documētuꝫ ꝙ qui credit in xp̄m: corde, ⁊ operibus gratia ſpūſſancti abundat i eo. Hoc ibi notat. Qui credit in me ⁊c. ⁊ per ꝯſequēs laudabiliter viuit: nec timere poſtmodum pōt mortem. De qua tria videbimꝰ.

¶ Primo mortis neceſſitatē.

¶ Scōo mortis poteſtatem.

¶ Tertio mortis doloroſitatem.

¶ Primo cōſiderare debemus mortis neceſſitatem. S. nāqꝫ doc. in prima ſcōe. q. i. ar. ij. Et in pma par. q. v. ar. ij. ⁊ q. lxxxv. arti. iij. Et Ariſt. ij. Phoꝝ dicunt ꝙ cauſe habēt ordinē inter ſe. Que quidē ſunt quattuor principaliores.

vʒ cā finalis: cā agēs: cā formalis: ⁊ cā materialis. Si igit̄ ꝯſideramus hoiem ſm cām efficientem: que ē de⁹ glorioſus: certe hō ē immortalis ⁊ icorruptibilis. vnde.ſ. doc.i.par.q.xcvij.ar.i.dic̄. Ex pte cauſe efficiētis que ē de⁹: in ſtatu inocētie: erat hō incorruptibilis: q: deus dederat hoi donū iuſticie originalis: p q̄ꝺ hō poterat pſeruari a corruptione ⁊ morte. Propterea Sap.i.dr̄. De⁹ morte nō fec̄. Si vero conſideram⁹ hoiem ſm cām formalē: ſilr dicēdū ē: q̄ hō eſt imortalis: q: forma eſſentialis hois: eſt aia rōnalis: que ſm ſuaʒ naturā ē imortalis: ⁊ icorruptibil: ⁊ quātū de ſe eſt: appetit materiaʒ incorruptibilē. Si.n. forma corporis celeſtis: ꝓpter ſuā nobilitatē ⁊ pfectionē ita faciat appetitū materie: vt nō appetat aliā formā: ꝓpt̄ q̄ꝺ dicim⁹ materiā corpoꝝ celeſtiū eſſe incorruptibilē: vt ait Ariſto. primo. de celo ⁊ mu. Multo magis aia rōnalis que ē nobilior forma q̄ʒ forma corpoꝝ celeſtiuʒ: deberet hoc facere. Non ergo ex defectu ipſi⁹ aie eſt: q̄ corp⁹ ſit corruptibile: ſʒ potius quātū in ſe eſt eſſet icorruptibile. Terꝫ ſi.iij.ꝯſiderem⁹ hoiem ſm cām materialem: mors ē hoi naturalis: q: ē cōpoſit⁹ ex ꝯtrarijs. Qꝺ ſic ꝓbat̄. Omne cōpoſitū ex ꝯ̄rijs neceſſario ē corruptibile: vt oñdit Pho.ij.⁊.viij.Phy. ⁊ in lib. de morte ⁊ vita. Cōtrariū per ſe eſt cā corruptionis. Et ibideʒ dicit. Oē q̄ꝺ corrūpit̄ ſiue p accedēs: ſiue p ſe: corrūpit̄ a ſuo ꝯ̄rio. Et iteꝝ ibidē: Ubi nō eſt ꝯ̄riū: ibi nō ē corruptio. Et in pmo de celo ⁊ mu. Nihil ē corruptibile: niſi cuius principia alterabilia ſunt. Hoc eadē ſententia habet̄ in libro. de generatione ⁊ corruptiōe. ⁊ i.x. Metha. ⁊ i mltis alijs locis. Sʒ hō ē ꝯpoſit⁹. ex ꝯ̄rijs.ſ.ex.iiij. elemētis ⁊ ſm q̄litates coꝝ vt dicit Phs.ij.ꝺ generā. ⁊ cor. ⁊.iiij. Metha.q̄ ſunt calidītas: frigiditas: hūiditas: ⁊ ſiccitas: q̄ ſunt q̄litates actiue ⁊ paſſiue: vt Phs ꝺclarat.ij. ꝺ gene. ⁊ cor. Tales.n. q̄litates admodum q̄tuor inimicoꝝ ſunt i ꝯtinua pugna ⁊ diſcordia. Ex q̄rū diſcordia diſſoluit̄ tandeʒ corpis armonia. Accipe ſilitudinē de incarceratis: qui nocte ⁊ die nitunt̄ frāgere carcerē ⁊ fugere: atq; ad ꝓpria loca redire. Sic iſti q̄tuor incarcerati corpus frāgunt ⁊ deſtruūt: vt ad loca ꝓpria reuertantur: vt.ſ. leuia ſurſum: ⁊ grauia tendant deorſuʒ. Hoc declarat Ariſt.i.viij. Phyſicorum di. Omnia corrupta vadūt ad ea ex quibus cōpoſita ſunt ergo homo eſt neceſſario corruptibilis.ſ. neceſſitate que ſumit̄ ex

 

parte cauſe materialis: que eſt ne
ceſſitas abſoluta: vt ait Phs in
.ij. Phyſicoꝝ. Ideo Ariſto. in
libro de cauſa longitudinis ⁊ bre-
uitatis vite. dicit. Impoſſibile eſt
habenti materiam nō exiſtere cor
ruptibile. Et ita patet hominem
conſideratum ſm cauſam mate-
rialem neceſſario eſſe mortalem:
⁊ ſi viueret mile milia annoꝝ: tan
dem moritur. Vixit enim Adam
primus parens noſter nongentis
triginta annis ⁊ mortuus eſt. Vi
xit Seth. nongentis duodecī an
nis ⁊ mortuus ē. Vixit Enos nō-
gētis quinqꝫ ānis ⁊ mortuus eſt.
Vixit Malaleel octingentis no-
naginta quinqꝫ ānis ⁊ mortuꝰ ē.
Vixit Jaretus nōgentis ſexagin-
ta duobus ⁊ mortuus eſt. Vixit
Matuſalem nōgentis ſexaginta
nouem annis ⁊ mortuꝰ eſt. Vixit
Lamech ſeptingentis ſeptuagin-
ta annis ⁊ mortuus ē. Vixit Noe
nōgentis quinquaginta ⁊ mortuꝰ
eſt. Fuit inſuper quidā Johānes
de temporibus: armigerꝰ Caroli
magni qui vixit trecentīs annis ⁊
ſexaginta vno: ⁊ tamen anno dn̄i
iij5o. mortuus eſt: vt refert domi-
nus Martinus in cronica. Pro
pterea Hiero. ad Heliodorū de
morte Nepotiani. ait. Debemus
igitꝰ ⁊ nos animo premeditari: qd
aliquādo futuri ſumus: ⁊ qꝫ velī-
mus nolimus longius abeſſe nō
poteſt. Nam ſi nōgentos vite ex-
cederemus ānos vt ante diluuiū
viuebat humanū genus: ⁊ Ma
tuſalem nobis tēpora donarent:
tn̄ nihil eſſet preterita vite lōgitu
do que eſſe deſiiſſet. Et. n. iter euꝫ
qui decem vixit ānos ⁊ illum qui
mille: poſtqꝫ idem finis vite adue
nerit: ⁊ inexcuſabilis mortis neceſ
ſitas: trāſactum oē tantūdē ē: niſi
qꝫ magis ſenex: onuſtus peccato
rū faſces ꝑficiſcitꝰ. Optia queqꝫ
dies miſeris mortalibꝰ: eui: pma
fugit ſubeunt morbi: triſtiſqꝫ ſene
ctus. Et labor ⁊ dire rapit in de-
mentia mortis: hec ille. Si aūt ꝯſi
deremus hoīem ſm cām finalē:
mors eſt hoī neceſſaria. Finis. n.
ꝓpter quē creatus eſt homo: ē vt
videat diuinā eſſentiam ⁊ ea frua
tur. vnde Lactantius in libro. vij.
.c. vi. ait. Idcirco mundus factus
eſt vt naſcamur. Ideo naſcimur
vt agnoſcamus factorem mundi
ac noſtri deum. Ideo agnoſci-
mus vt colamus. Ideo colimus:
vt īmortalitatem pro mercede la
borum capiamus. Quoniā maxi
mis laboribus cultus dei conſtat.
Ideo premio immortalitatis affi
cimur: vt ſimiles angelis effecti:
ſummo patri ac deo: in perpetuū
ſeruiamus: ⁊ ſimus eternum deo
regnum. Hec ſumma rerum eſt:

hoc archanũ dei. hoc myſterium
mũdi. hec ille. Talis aũt dei viſio
⁊ fruitio eſt paradiſus: eſt beatitu
do finalis: eſt gloria ſempiterna.
Ro.vi. Nũc vero liberati a pec
cato ſui aũt facti deo habetis fru
ctum veſtrũ in ſanctificationem. fi
nem vero eternã. Hanc aũt viſio
nem beatificã: nullus põt conſeq:
niſi prius moriatur morte corpo-
rali. iuxta illud: qđ dicit dominus
moyſi. Exo.xxxiij. Non enim vi-
debit me homo ⁊ viuet. Ergo pp
hanc cãm mors eſt neceſſaria. Ex
hoc dicebat apud Phil'.i. Coar-
tor aũt ex duobus: deſideriũ habẽs
diſſolui ⁊ eſſe cum xpo. Et ideo. ſ.
Hoc.in.iiij. ſen.d.xlix.q.i.ar.i. di-
cit. Qđ mors appetibilis propter
beatitudinẽ. Concurrentibus his
cauſis: veriſſime dicere poſſum⁹
illud: qđ ſapiẽtiſſima mulier affir
mabat: ſcđi Re.xiiij. Oẽs mori-
mur ⁊ quaſi aque dilabimur i ter
ram: que non reuertunt. Cũ qua
cócor. Seneca ad Luciliũ. d. Cor
pora noſtra rapiunt fluminũ mo
re: nihil ex his que videmus ma-
net. ps. Meſſe cecinit. Quis eſt
homo qui viuet ⁊ nõ videbit mor
tem? Aplš paulus heb.e.ix. Sta-
tutũ eſt hoibus ſemel mori. Et Ja
cobi.iiij. Uita mea vapor eſt ad
modicũ parens. Et Hiero.in epi
ſtola ad amicũ egrotũ. Neceſſe é
enim vt qui venerit tranſeat: vbi
gerit vitã peregrinã: maxime cũ
Salõn ꝓteſtatus ſit. Un⁹ inquit i
troitus ad vitam: ⁊ ſimul exitus.
Quid ergo leticie nobis põt oc-
currere: vbi primo diſcitur flere:
⁊ inter ipſa cunabula: ⁊ in ipſo vi
te veſtibulo: nihil aliud nobis de
mundo: qȝ fletus occurrit. Limi-
na mundi calcauimus cũ fletu trã
ſituri. Equidẽ o anguſtũ anxiũqȝ
tempus vite mortalis: vbi cũ ini-
tio noiat finis. Initiũ noſtrum cũ
fine ſumpſimus. Jam captus eſt
morte qui natus eſt. hec ille. His
igitur patet neceſſitas mortis. Ad
eius igitur poteſtatẽ ꝯſiderandaȝ
accedamus.

SEcundo principa-
liter: mortis ꝯſide
rare debemus po
teſtatẽ. Hic occur
rit oportune q̃ren
dũ: vtrum ſit poſſibile alicui mor
tis iperiũ euitare? Rñde. Siq
foret talis: aut hoc eſſet ꝓpter po
tentiã. aut ꝓpter ſapientiã. aut pro
pter diuitias. aut ꝓpter ſanctitatẽ.
Sed nullo iſtoꝝ modoꝝ q ſapien
tiam mortis oĩum põt euadere.
Ergo mors nullomõ euitari põt.
Primo non poteſt euitari per po
tentiam. Nam potẽtiſſimi fuerũt
gigantes ⁊ mundi principes. ⁊ ta
men de ipſis mors imperioſe tri-

umphauit. Pōtentiſſimꝰ fuit. C.
Ceſar: qui de Carthagine: gallia:
anglia: ⁊ hyſpania triumphauit.
Quiq3 tot regnoꝝ ac ꝓuinciaꝝ
imperiū geſſit. Et tamen. xxiij. vul
neribus a Bruto Craſſo princi
palioꝛibus amicis cōfoſſus. a moꝛ
te ſuperatus eſt. Potentiſſimus
fuit. Octauianus. qui tantum rē
publicam romanā adauxit. vt au
guſtus diceret. ſub quo ⁊ chꝛiſtus
natus eſt. floꝛente vniuerſali pace
⁊ tamē a moꝛte ꝓſtratus eſt. Po
tentiſſimus fuit Pharao rex egy
pti. qui ⁊ dei populum eſt affige
re. ⁊ tamē ſuperante moꝛte in ma
ri rubꝛo ſubmerſus eſt. Potentiſ
ſimus fuit Nabuchodenaſoꝛ rex.
qui totū oꝛientem ſubiugauit. ⁊ in
de a moꝛte miſerabiliter deuictus
eſt. Potentiſſimus fuit Alexan
der magnus qui quaſi totu3 oꝛbē
ſubdidit. ⁊ tamen i. xij. anno regni
eius. moꝛs ei fine3 impoſuit. Po
tentiſſimus fuit Nero: qui aureis
retibus piſcabat. ⁊ tamē in. xxxij.
anno ſm Eutropium: a moꝛte pꝛe
cipitatus ē. Potētiſſimus fuit pꝛn
ceps Holofernes: qui populū dei
deglutire venerat: ⁊ tn̄ a moꝛte p
manū Judith vidue deuictus eſt.
Potētiſſimus fuit Diocliti anus:
qui fidem xp̄i ſeuiſſime perſecutꝰ
eſt: ⁊ tn̄ veneno ex vita ſublatus ē.
Potentiſſimus fuit Attila rex vn
noꝛum: qui deſtructa quaſi tota ita
lia: accepta in vxoꝛe Philippi im
peratoꝛis ſoꝛoꝛe: tamē nocte pꝛima
nuptiarū: ſanguine per nares fluē
te a moꝛte intereptus eſt. Poten
tiſſimus fuit Antiocus iudeoꝛum
perſecutoꝛ: ⁊ tn̄ ſcaturientibus ex
coꝛpoꝛe vermibus: a moꝛte ſupe
ratus ē. Sed quid potentiſſimos
pꝛioꝛis ſeculi cōmemoꝛo: Dome
ſtica ⁊ noſtre etatis exempla peta
mus. Potentiſſimus fuit Alphō
ſus rex ſicilie: qui tot regnis impe
rauit: ⁊ a moꝛte tandem deuictus
fuit. Potentiſſimus fuit Franci
ſcus foꝛtia: qui poſt inumera pꝛe
lia: tāde3 mediolanenſis dux effe
ctus: tn̄ a moꝛte victus occubuit.
Potentiſſimus fuit eius filiꝰ Ga
leatius dux mediolani quintus: q
infinito pene auri pondere cōgre
gato ⁊ ſemper armatoꝛum cuneis
circūſceptus: dum in templo pꝛo
thomartyris Stephani ſecuriſſi
mus videretur: in ipſius ſancti fe
ſtiuo triūphoꝛ a moꝛte miſerabili
ter extinctus eſt. Potentiſſimus
fuit dux Burgundie: cuius fama
totum terroꝛe concutiebat oꝛbem:
⁊ tamen miſerrime ⁊ ignominio
ſe a moꝛte ſubactus eſt. Quid plu
ra: Moꝛs potentioꝛ eſt cunctis:
cuius dominio etiam potentiſſimi
ſubiugantur. Audi Hieronymus
de moꝛte Nepotiani. Xerſes ille

rex potentiſſimus: qui ſubuertit
montes.maria conſtrauit:cum de
ſublimi loco:infinitã hominũ mul
titudinem ꝛ innumerabilem vidiſ
ſet exercitum:fleuiſſe dicitur:eo ꝙ
poſt centum annos nullus eorum
quos tunc cernebat ſuperfuturus
eſſet. Et infra. O ſi poſſemꝰ in ta-
lem aſcendere ſpeculam: de qua
vniuerſam terram ſub noſtris pe
dibus cerneremus:iam tibi oſten-
derem totius mũdi ruinas: gẽtes
gentibus: ꝛ regnis regna colliſa.
Alios torqueri:alios necari.alios
abſorberi fluctibus:ꝛ non tm̃ xer
ſis exercitũ:ſed totius mũdi hoies
qui nũc viuunt in breui ſpatio de-
futuros.Sentis ne obſecro te: qñ
inſanis:quando puer:quando ſe-
nex factus ſis? Quotidie mori-
mur:quotidie cõmutamur:ꝛ ta-
men eternos nos eſſe credimus.
hec ille.¶ Secundo mors euitari
non poteſt propter ſapientiã. fue
runt plurimi ſapientiſſimi a prin-
cipio mundi in omni ſcientiarum
genere:qui tamen a ſua ſapientia
ex manibus mortis ſeipſos eripe-
re non potuerunt. Sapientiſſimꝰ
fuit Salomon:ꝛ tamen ſua ſapien
tia mortis nexus euadere neſciuit.
Sapiẽtiſſimus fuit Architophel.
Sapientiſſimus fuit Cato.Sapiẽ
tiſſimus fuit Democritus. Sa-
pientiſſimus fuit Socrates. Sa-
pientiſſimus fuit Plato. Sapien
tiſſimus fuit Ariſtoteles. Sapien
tiſſimus fuit Auerroys corduben
ſis commentator magnus. Sapi-
entiſſimus fuit Auicenna.Galie
nus.Hypocras.Meſue.Alber-
tus magnus.Petrus de abano:
conciliator:ceteriq; philoſophi ꝛ
medici: qui ſuis ſcientijs ꝛ arte
medicinarum: mortis remedium
adinuenire non potuerunt. Sapi
entiſſimus fuit Marchus cicero.
Virgilius.Lucanus. Titus liui-
us.Plinius quoq; maior. Pli-
nius minor.Catulluſq;: qui tres:
ex antiquiſſima ciuitate verone cla
ram originem trahentes:ꝛ tamen
mortui ſunt.Mortui quoq; ſunt
grammatici:rhethorici:ſubtiliſſi-
mi:Logici.Aſtrologi.Geometre
Ariſmetrici.Muſici.Legiſte.Ca
noniſte:ꝛ maximi ac profundiſſi-
mi theologi. De quibus omni-
bus Iſai.xxxiij.Vbi eſt litteratus.
vbi verba legis ponderans. vbi
doctor paruulorũ.hec ille.¶ Ter
tio mors euitari non poteſt pro-
pter diuitias. Fuerunt multi qui
ampliſſimis diuitijs referti: neq;
argento:neq; auro:neq; gemmis
neq; iocalibus: neq; lapidibus
preciosis: neq; cumulatiſſimis
theſauris: mortis vulnus decli-

nare potuerunt: immo omnes diuitias eorum alienis diuiſerũt. Job vigeſimo ſeptimo. Diues cũ dormierit nihil ſecũ afferet: aperiet oculos ſuos ⁊ nihil inueniet. Et idẽ decimo ſeptimo capitulo. Concluſit gemendo ſic inquiens. Solum mihi ſupereſt ſepulchrũ. ¶ Quarto mors non poteſt uitari propter ſanctitatem. Adeo mors rapaciſſima eſt: vt neq̃ virtutem: neq̃ ſanctitatem vereat. Patriarche quãuis maxima deuotione pollerent: eos tamen rabida mors expugnauit. Preualuit aduerſus diuinos prophetas. Mortui ſunt ſanctiſſimi apoſtoli. Mortui ſunt inclyti martyres. Mortui ſunt confeſſores lucidiſſimi. Mortui ſunt eremplares heremite. Mortue ſunt illibate virgines. Quid alios cõmemoro? Mortuus eſt ⁊ ille ſanctus ſanctorum redemptor noſter verus deus ⁊ verus homo. Mortua eſt ⁊ mater eius glorioſa ⁊ intemerata: ac totius mũdi ⁊ celorũ domina. Unde Chriſoſtomus in perſecutione poſitus per Theophilũ Alexandrie epiſcopum. hec verba protulit ſociis dicens. Dixi vobis. Uia eſt vita preſens: cuius ⁊ triſtitia ⁊ leta pertranſeunt: Nundine ſunt que cernimus omnia. Uendimus ⁊ emimus: modo diuertimus. Non patriarchis meliores ſumus. Non prophetas ⁊ apoſtolos antecellimus: vt immortalis nobis hec vita permaneat. hecille. Quis ergo non defleat: non ploret: non lachrymetur cum iam certiſſime cognoſcat ſe non poſſe euadere mortem crudelem ⁊ amaram? Non certe per potentiam. Non per ſcientiam: non per diuitias: non per ſanctitatem. O mors crudelis. O mors rapax. O mors tyrannica. O mors amara. de qua ait Eccle. xli. O mors q̃ amara eſt memoria tua. Amara inquam: quia tu coniuncta diſiungis: ſociata ſeparas: conglutinata diſſoluis. Amara: quia filium rapis a patre: a matre ſi iam tollis. Amara: quia vxorem a viro: ⁊ virum diuidis ab vxore: fratreſ a fratre: amicum ab amico: vicinum a vicino rapere non deſiſtis. Amara: quia ab homine auferes viſum: tollis auditum: odoratum: guſtum: tactũ. Amara quia relinquis corpus turpe: deforme: horribile ad videndũ: vt oẽs terreantur ad cadaueris aſpectũ. Et ſi verũ aſpicite hic. Habeas caput mortui horribile ⁊ defor-

mē quātū poſſibile ē: ⁊ illud ppl'o oſtēde dicēs: verſus ppl'z. Quid in hac vita iſto ſpectaculo horribilibus. O caput vbi ſunt capilli tui flaui: tanta diligentia nutriti. Ubi lucētes oculi. Ubi decora facies. Ubi terſa frons. Ubi rubicūda labia. Ubi dentes. Ubi lingua loquax. Ubi palatum. Ubi guttur. Ubi cerebrū. Ubi intellectus agēs. Ubi ītellect⁹ paſſibil'. Ubi memoria. Ubi voluntas. Ubi altū ⁊ ſubtile ingeniū. Ubi ſenſus cōis. Ubi imaginatio. Ubi excogitatiua potētia. Ubi aīa tua florida: ⁊ candēs. Ubi candidum pectus. Ubi molliſſime manus. Ubi deniqꝫ corpus tuū egregie organizatum reſpondit. Hec mihi: quia mors amara: mors rapax: mors crudeliſſima his omnibus me priuauit. Et vt me videtis tam deforme ⁊ tam horribile me dereliquit. Quod ⁊ ſimiliter mors ipſa de vobis faciet cum nemini parcat. Ideo conēmini virtuoſe viuere: vt corpore terre relicto: ſaltem animam celo locare poſſitis.

Tertio principaliter mortis cōſiderare debemus doloroſitatē. Maxim⁹ nēpe dolor ⁊ maxima triſticia cauſat̄ ī mēte morientis: qꝫ maxime peccatoris: cū cōſpicit ſe priuari maximis ⁊ potiſſimis bonis: que ſupra oīa in vita dilexerat: quorum .ſ. primum eſt.

¶ Primum forma ſubſtātialis.
¶ Scdm gloria mundialis.
¶ Tertium abundantia temporalis.

¶ Primū igit̄ bonū cuius priuatione mouēs: acerbiſſimū dolorē patit̄ ē forma ſubſtantialis .ſ. aīa. Nā ipſa aīa quātū ad ſuā eſſentiā vt Phs ait in .iij. de aīa: eſt tota ī toto: ⁊ tota in qualibet pte corporis. Uñ non eſt aliqua ps ſic pua: ſic vilis in corpe humano: qn viuit ī qua nō ſit tota aīa eſſentialiter ⁊ p ſuā naturā. ⁊ nō ē ſolū in cerebro. vel capite. vt dixerūt quidā reprobati a Pho in .i. de aīa. ſꝫ tota ī digito pedis. tota ī digito manus. tota ī capite. Et breuiter tota eſt vbiqꝫ eſſentialiter. vtēns ſenſibus exteriorib⁹ ad ſuas operationes. Uñ Aug .i. vi. de tri. c. .xix. ait. Creatura quoqꝫ ſpūalis ſicut eſt aīa. eſt quidē ī corpis cōparatiōe ſimplicior. ſine cōpatiōe aūt corporis multiplex eſt. etiā ipſa nō ſimplex. Nā ideo ſimplicior ē corpore. quī nō mole diffunditur p ſpacium loci. ſed ī vno corpore. ⁊ ī toto tota eſt. ⁊ ī qualibet parte eius tota eſt. hec ille. Sed in pia morte ſequente totum hec natura

le bonum deſtruitur ⁊ anihilatur. vſq3 a deo. vt ipſa aīa nō ſit in corpore: nec eſſentialiter. nec virtualiter. nec in toto corpore. nec in aliqua parte ipſi⁹ corporis. q: ab eo totaliter auferť ⁊ ſeparatur. deſerens omnes ſenſus iteriores. ⁊ exteriores. q: nō amplius videt. non audit. nō odorat. nō guſtat. nō palpat ⁊ huiuſmōi. O qualis dolor qñ aīa ſeparatur a corpore. Magnus vtiq3 dolor: magna afflictio magnū tormētū3 eſt ī eius ſeparione. Eſt. n. ſnīa tam Phoꝝ q̄3 theologoꝝ. ꝙ in tota reꝝ natura non reperiť tā intēſus amor: qualis ē iter aīam ⁊ corpus naturaliter loquēdo. Adeo vt aīe ſanctoꝝ ſemper deſiderēt ſuoꝝ corpoꝝ vnionem: q: ad ipſa ſua corpora: queñdā naturalē appetitum hñt vt ait Aug. xij. ſup. Geñ. ⁊ ſ. doc. in prima ſecūde. q. iiij. ar. v. Reperiūť enim ſummi ⁊ intēſiſſimi amores in hac vita: vt pr̄is ad filiū: ⁊ vxoris ⁊ ad virū: ⁊ huiuſmodi. Ubi aūt inueniť vehemēs amor: in priuatione ipſi⁹ boni: inueniť ⁊ vehemēs dolor. Cū ergo inter animā ⁊ corpus ſit maximus amor: ſeqť ꝙ in eoꝝ ſeparatione interueniat maximus dolor. Nam ſm̄ Auguſtinum: dolor in amore fundatur. In tali enim ſeparatione vt pulchre ꝓſequitur: dñs Petrus damianus in quadam epiſtola dolet caput: dolet cerebrum: caligantur oculi: aures obſurdeſcunt: lingua ingroſſatur: intellectus obūbrať: memoria hebetat: facies palleſcit: ſupercilia deprimuntur: nares ſubtiliātur. Contremiſcit cor: debilitantur mēbra cuncta: ⁊ conquaſſantur viſcera. Moriēs clamat: ſuſpirat: gemit: eiulat dicens. Heu heu: oy: oy: ha ha ha. O quanta anxietas. O quanta triſticia. O q̄3 magna eſt anguſtia in tali ſeparatione. Si enim in inciſione vnius membri: tanta eſt paſſio ꝙ multotiens fit ſpaſmus: cogita quantus eſt dolor in tota anime diſiunctiōe. Quis exprimere. Quis enarrare: quis perſuadere poteſt doloris acerbitatem ⁊ ſpaſmum in diſſolutione anime a corpore. Certe nullus. Unde ſan. Doc. in. iiij. ſenten. diſtin. xliiij. q. .iij. dicit. ꝙ mors in quantum priuat primo bono. ſ. eſſe quidem eſt bonum naturale: eſt maxima penarum. Hoc confirmat Phyloſophus in. iij. Ethicoꝝ3. c. xv. vbi dicit. Terribiliſſimum aūt mors. Et in libro de ſpiritu ⁊ anima dicitur. Anima recedens a corpore trahit omnes potentias ſecū: ſenſum: ymaginationem: rationem: intellectum: intelligentiam: concupiſcibilitatem. Et his ſm̄ merita

afficitur ad dolorem ⁊ delectatio
nem. ¶ Secundum bonū in hac
vita eſt gloria mūdialis. Hoc bo
num maximū: in mundum ab ho-
minibus appetitur. Unde Oui-
dius in. iiij. libro de triſtibus ait.
Deniq; non paruas animo: dat
gloria laudes. Et facunda facit pe
ctora: laudis amor. Et Tuli9. Ho
nos alit artes: quiq; ad ſtudia ac-
cēduntur gloria. Et Gregori9. xix
libro moraliū. ⁊ in decretis. diſtin.
xlvij. c. Omnes huius ſeculi dile
ctores: in terrenis reb9 fortes ſunt:
in celeſtibus debiles. Nam pro
temporali gloria: vſq; ad mortem
deſudare appetunt: ſed pro ſpe
perpetua nec parum quidem in
labore ſubſiſtunt: hec ille. Sʒ quo
tandē pergit tanta gloria: tantus
honor: tanta fama: tanta celebri-
tas: ⁊ tam tumida excellētia. Cer
te ad nihilum: quia mors crude-
lis: eam ab omnibus aufert.
Quos enim vita glorioſos ſub-
ſtulerat: mors ignominioſos de-
fecit. Unde Iſa. xl. Omnis caro
fenum: ⁊ omnis gloria eius quaſi
flos agri. Exſiccatum eſt fenum ⁊
cecidit flos. Legitur enim de Ale
xandro magno: qui in vita tam
excellens ⁊ glorioſus extitit: q̄ la
pis quidam ſibi fuit miſſus: qui
poſitus in vna parte ſtatere. pon
derabat plus q̄ omnia quecūq;
poni poſſent in alia parte. Poſi
to vero puluere ſuper lapidem.
minus ponderabat. q̄ quodcunq;
aliud. quod poni poſſet ī alia par
te ſtatere. Quod videntes etiam
multi ſapientes. mirabantur plu-
rimum. Horum autem vnus ait.
O Alexander: iſte lapis vobis
demonſtrat quid eſtis. Nūc enim
plus ponderatis q̄ totus mun-
dus qui vos ſaciare non poteſt.
Sed poſito ſuper vos puluere in
morte minus eritis: ⁊ minor erit
gloria veſtra q̄ aliquid mundi.
¶ Tertium bonum in hac vita
eſt abundātia temporalia: vt ſunt
diuitie que magnopere deſiderā
tur: adeo vt dicat Bernardus in
ſermone de regno ſpirituali. Trā
ſis maria vt diuitias acquiras: ⁊
alium orbem tibi aperis nauigan
do: ſm ſapientem: tribus digitis
diſtans a morte patriam fugis: re
linquis parentes: filios neſcis: di-
uelleris ab vxore: ⁊ omnium ne-
ceſſitudinum obliuiſceris: hec il-
le. Et tamen in morte relinquitur.
O mercatores quid ex tot traſi-
gio ⁊ mercantijs portabitis? Ni-
hil. O diuites qui eſtis tam du-
ri: tam tenaces: tam auari erga

parentes: erga amicos ⁊ chriſti pauperes: quid vobiſcum feretis? Audite David pſalmo. Dormierunt ſomnum ſuum ⁊ nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis. Et Bernardus ait ubi ſupra. Divitie cum labore acquiruntur: cum timore poſſidentur: ⁊ cum dolore amittuntur. Theſaurizas ⁊ ignoras cui congregabis ea. Queris ut acquiras: acquiris ut perdas: perdis ut doleas: hec ille. Salandinus rex ſaracenorum morti appropinquans: ſudarium quo poſt mortem induendus erat: ſibi iuſſit preſentari: illudque per totam civitatem deferri fecit: ⁊ proclamari. Tantum tantum de omnibus rebus mundi: ⁊ de omnibus divitijs ac theſauris ſuis: rex magnus ſalandinus ſecum defferet.

¶ Quartum bonum eſt voluptas corporalis. Hec die noctuque a ſenſualibus queritur. Et tamen cum mors advenerit: hec penitus deficiet. Deficient delicata cibaria: diverſitates vini: varietates confectionum: cibi exquiſiti: varij ſapores: mollicies lecti: linteamina ſubtilia: camiſie tenues ⁊ mobide: deficient fuci: come: aque fortes: odor muſcati: apparatus menſarum argenteus: gemme: tot veſtium mutatoria. Deficiet carnis cura: carnis delectatio: carnis luxuria: amor mundi tandem deficiet. Et quid erit poſt hoc? O deus quam ceci ſumus mundi amatores. Ecce mors in ianuis. Ecce continuo inſidias ponit. Ecce ubique ⁊ ſemper ſagittis ſuis accutiſſimis minatur: ⁊ tamen miſerabilis homo non advertit quid ſequitur: poſt breve ſolacium: quid eveniet. Ait ſapientiſſimus Eccleſiaſticus. x. c. Cum enim morietur homo hereditabit ſerpentes vermes ⁊ beſtias. Ideo Bernardus in libro meditationum. Utinam ſaperent ⁊ intelligerent ac noviſſima providerent. Dic mihi ubi ſunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiſcum fuerunt? Nihil ex eis remanſit niſi cineres ⁊ vermes. Attende diligenter quid ſunt: ⁊ quid fuerunt. Homines fuerunt ſicut tu: comederunt: ⁊ biberunt: riſerunt: ⁊ duxerunt in bonis dies ſuos: in puncto autem ad inferna deſcenderunt. Hic caro eorum vermibus: ⁊ illic anima ignibus deputatur: donec rurſus infelici collegio colligati: ſempiternis involvantur incendijs: quos ſocij fuerunt in vitijs. Una namque pena implicat: quos unus amor

in crimine ligat. Quid profuit illis
inanis gloria: breuis leticia: mun
di potētia: carnis voluptas: falſe
diuitie: magna familia ⁊ magna
cōcupiſcentia? Ubi riſus? Ubi io
cus? vbi ſaltꝰ? vbi iactātia. vbi ar
rogantia. De tātilla leticia: quāta
triſticia. Poſt tantillam volupta-
tem: tā grauis miſeria. De exulta
tione illa ceciderunt in magnā mi
ſeriam: in grandē ruinā: ⁊ magna
tormenta. hec ille. Propterea qui
libet quantūcunqȝ ſciꝰ: quantū-
cunqȝ glorioſus: quātūcūqȝ abun
dans: quātūcūqȝ voluptatibꝰ re-
fertꝰ inuigilare debet atqȝ cordia
liter ſecū cogitare mortis potenti
am atqȝ ſeuitiam. Conſiderās. n.
hoc abſcintiū: ſuas oēs delectatio
nes ⁊ inordinatū amorē tempera
bit: maxime cū hō ſit incertus de
die mortis: de loco: de etate: de ſta
tu aut diſpoſitiōe. Quapropter ſal
uator noſter. Mat. xxv. Oēs ad-
monebat di. Uigilate itaqȝ q: ne-
ſcitis diē neqȝ horā. Et Eccle. xiiij.
c. ait. Memor eſto qm̄ mors non
tardabit: verba iſta ſunt pōderan
da: ⁊ ſepius mēte reuoluenda. Er
go ē in ianuis. Ergo a tergo habe
tur. Ergo ſemꝑ inſidiat. Nullus
de morte cōfidat: q: vana ⁊ caſſa ē
fiducia eiꝰ: ne vobis contingat ſi-
cut cuidā accidit. Legit. n. de quo
dā iuuene diſſoluto ⁊ mundanis

delectationibꝰ dedito: qui morti ſe
mel obuiauit. Hāc turpē ⁊ defor-
mē: cōſiderās: vidēſqȝ eiꝰ animoſi
tatē: arcū ⁊ crudeles ſagittas: mira
biliter expauit. Sed aſſumpto ſpi
ritu: inſtāter petiuit: vt ex ſpāli grā
ab ipa cōſequeret aliqđ ſignū quo
cognoſceret morē ad ſe venturā:
vt ſic ſe preparare poſſet. Annuit
eiꝰ precibꝰ mors ⁊ ſe facturā ſpo-
pondit: qđ laſciuus iuuenis poſtu
labat dicens. Tibi promitto ⁊ de
ꝑmiſſione ſecurus eſto: me tibi ſi
gnū fore daturā anteqȝ veniā. Di
ctis verbis iuuenis letus effectus
diſceſſit: ac proinde in aīaȝ diſpoſu
it. Laxatiſqȝ habenis voluptates am
plecti: ſicqȝ vitā qſi ſecurus duce-
bat. Trāſierūt multi anni in qbus
vota ſua ⁊ deſideria īpleuit: de ora
tiōe: de elemoſinis: de ꝑdicatiōibꝰ:
de confeſſiōe ⁊ de alijs ſalutiferis
minime curās. Jam ſenex effectꝰ
lecto ꝓſternit: confidens multū ſi
bi tēpus ſupereſſe: de ſuis pecca-
tis nō conterit neqȝ confitet. Ecce
tandē anhelitu deficiente: vltimo
vite termio appropinquāre cepit.
Cui in ſuppremo ſpiritu iā conſti-
tuto mors apparuit dicēs. Suffi-
cit modo: tēpus ē: vt mea falce pe
reas. Ille de falſitate mortis cepit
valde conquerens q nō dediſſet
ſignū. Cui mors. O fatue. O cece
O miſerrime: nō te fefelli. Neqȝ

enim vnum tm̄ tibi dedi signum:ſʒ centū ⁊ mille. Quādo caput aliqñ tibi doluit erat vnū signum. Quādo stomachus languebat erat alterum signum. Quādo cāpana pro alio mortuo pulſabat:erat aliud ſignum. Et ita forſitan milies te admonui. Nunc autē neceſſe ē vt venias. Inuitus itaqʒ ⁊ deſperatus mortuus ē. Nō eſt ergo confidendum de longiori vita:ſed iugi meditatione:celeritas mortis penſanda eſt. Ait enim Plato. Omniuʒ ſapientū vitā meditationē eē mortis. Et Eccle.vij.dr. Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternū nō peccabis. Sic enim mors preparatos ⁊ diſpoſitos nos inueniet: cui ⁊ letanter occurremus:vitam perpetuā ſperātes. Quia vt ait Augu. in.i.de ci.dei. Impoſſibile eſt bene viuere ⁊ male mori. Quod nobis concedat xp̄s. Amen.

¶ Feria.iij.dñice paſſiōis. De timore dei. Sermo.xlij.

Querebāt eum iudei interficere. Jo.vij. Qui vicia ⁊ peccata vitare cupit inter reliqua q̄ ad hoc efficaciſſimū remediū prebent:potiſſimū ē timor dei. Ait.n. ſapientiſſimꝰ Salomō. Prouer.c.xv. Per timorē dñi declinat ois a malo. Et Chriſo. Solus dei timor eſt:qui mentes colligit:fugat crimina.inocētiā ſeruat. Nūc timorem dei iudei nō habuerunt. Jō querebant xp̄m interficere: vt inquiunt verba aſſumpta ⁊ in euangelio recitata. In quo tria notāda habemus. ¶ Primū notandū q̄ malitia hoīʒ aliquando declinanda ē ibi. Non enim volebat in iudeam ambulare. ¶ Scdm notandū: q̄ i rebus importantie cōgruū tēpus ē expectandū.ibi. Tēpus meū nōdū venit. ¶ Tertiū notādū q̄ timor humanꝰ non ſinit veritatē cōfiteri:atqʒ publice eā referre.ibi. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metū iudeorū. Nūc metum ⁊ timorem ſeponentes:curabimus verū dei timorem in nr̄is cordibꝰ poſſidere. De quo tria occurrunt conſideranda.

¶ Primū eſt timoris diffinitio.
¶ Scdm ē timoris inductio.
¶ Tertiū eſt timoris fructificatio.

¶ Primum conſiderandum circa timorem domini eſt diffinitio. Albertus magnus in.ij.ſen. adducens diffinitionē Auguſtini ſic dicit. Timor ē perturbatio animi in expectatione mali. Vnde.ſ. Doc. prima ſcde.q.xliij. ar.i. Et ſimilr Albertus vt ſupra dicit. Obiectū timoris eſt malū futurū contriſtatiuuʒ. Et phs.ij.rheto. Timor puenit ex fantaſia futuri mali proueni

entis ex debilitate virtutis. Et ite-
rum phs. iij. ethy. Timor eſt expe
ctatio mali. Et Damaſcenus libro
iij. Timor eſt motus ſm ſyſtolem
i. ſm contractionem. Syſtoles ⁊
dyaſcoles ſunt due virtutes circa
cor. Una. ſ. ſyſtoles contrahit ⁊ re
ſtringit. Altera. ſ. dyaſcoles aperit
⁊ dilatat. Unde Albertus in. ij. de
anima dicit. Motus cordis ē ſm
ſyſtolem ⁊ dyaſcolē. Et in. ij. ſen.
di. xxvi. dicit. Obiectum timoris
malum eſt: quod dum cor fugit in
ſeipſum contrahitur ſm ſyſtolē.
Hac preclara diffinitione habita:
queritur vtrum deus poſſit a no-
bis timeri. Et videt̄ ꝙ non. Nā
vt phs in. ij. rhetorice dicit. Illa ti
memus ex quibus nobis mala p-
ueniunt: quia vt dictum eſt ſupra:
obiectum timoris eſt malum. Sed
mala non veniunt nobis a deo: q:
ipſe eſt ſumma bonitas: ſed ex no
bis ipſis ſm illud Oſee. xiij. Per
ditio tua iſrael: tantūmodo in me
auxilium tuum. ergo deus non eſt
timēdus. Huic queſtioni rñdet. ſ.
doc. xxij. q. xix. ar. i. di. Timor du
plex obiectū hēre pōt: quorū vnū
eſt ipſum malum quod homo re
fugit. Et iſto modo deus qui ē ipſa
ſumma bonitas: obiectum timoris
eſſe non pōt. Aliud autem obie-
ctum eſt illud a quo malum proue
nire poteſt. Et hoc modo deꝰ pōt
eſſe obiectum timoris inquantum
ſ. ab ipſo pōt nobis iminere malū
pene: ⁊ non malum culpe: inquā
tum ſm ſuā iuſtitiā malos punit:
flagellat atqꝫ diſſipat: quia iuſtus
dñs ⁊ iuſtitias dilexit. ps. x. Unde
Jo. in apoc. xiiij. clamat di. Time
te dñm ⁊ date illi honorem: quia
venit hora iudicij eius. ſ. ad puniē
dum: flagellandum: nō timentes:
⁊ non trementes ſuā maieſtatem.
Propterea dñs: prout ſcribitur
Malach. i. ait. Si dominus ego
ſū: vbi eſt timor meus? Et Lactā
tius in libro de ira dei. c. vltimo ſic
dicit. Debemus hunc oēs amare
quia pater eſt: ⁊ vereri ꝙ dominꝰ
⁊ honorificare ꝙ beneficus: ⁊ me
tuere ꝙ ſeuerus. Utraqꝫ perſona
in eo venerabilis. Quis ſalua pie
tate non diligat anime ſue paren-
tem? Aut quis impune contēnat
eum qui rerum dominator: habe
at in omnes veram ⁊ eternam po
teſtatem. Hec ille. Timendus igi-
tur eſt deus atqꝫ ſumme honoran
dus. Quod tunc fit quando nul-
lus eum offendit: nec. ſ. mortaliter
nec venialiter. quia vt Doc. ſ. di-
cit. xxij. q. liiij. ar. ij. ad quartum.
Timor dei operatur ad euitatio-
nem omnis peccati etiam negli-
gentie. Et ſic patet diffinitio cū ſo
lutione dubij: ⁊ hoc quantum ad
primam partē principalem.

Secundum qd̄ occurrit conſiderandū circa timorē domini vocatur inductio. Magiſter Gulielmus par. ſacri ordinis predicatorum in ſumma de virtutibus plura inducentia ponit ad deum timendū: ſed ego breuitati vacans tria tm̄ adduco in medium.

¶ Primū ē dei potentia.

¶ Scd̄m eſt dei ſcientia.

¶ Tertiū eſt dei iuſtitia.

¶ Primo dico q̄ timere debemus deū propter infinitā eius potētiam. Sacri theologi querūt vtrū potētia dei ſit infinita. Huic queſtioni rn̄det Doc. ſ. in queſtionibus de poten tia dei. q. i. ar. ij. Et prima par. q. xxv. Et in primo ſen. di. xlij. dicēs. Potētia dei eſt oīno infinita. ſic. Illud qd̄ habet eē abſolutū et indepēdens: et nullo modo receptuz in aliquo: imo ipſummet eſt ſuum eē: eſt infinitum ſimpliciter et oio. Sed potētia dei hēt eē indepēdēs et nullo modo receptuz in alio. Ergo potentia dei eſt infinita. Maior eſt. ſ. Doc. in locis ſuperius allegatis et per maxie in primo ſen. Minor patet in libro de cauſis vbi dr̄ ſic. Ens primū hēt virtutē ſimplr̄ infinitā: q2 ipſummet ē ſua virtus. ib ibi. Unde pħs volens oſtendere q̄ omnia dependent a deo ſic dicit in primo de celo. A primo ente: cōmunicatū eſt ſingulis eē: viuere et intelligere. his qui dē clarius. his autē obſcurius. Hoc idem replicat idem pħs in. ij. xi. et xij. metephy. et. viij. phyſi. Et Damaſcenus. Deus eſt infinitus. eternus et incircōſcriptibilis. Ergo potētia dei eſt infinita. Et nota q̄ duplex ē potentia. ſ. actiua et paſſiua vt pħs inquit. v. methaphy. et. ij. de anima. Potētia paſſiua nullo modo eſt in deo: q2 ipſe ē liber ab omni paſſione: ſed potentia actiua que eſt principium agendi. Deus igitur eſt infinite potentie: infinite virtutis: infinite operationis. Ex quibus ſequitur q̄ deus eſt valde timendus. Quod ſic declaratur. Quanto aliquis eſt maioris potentie et virtutis: tanto magis eſt timendus. Nam imperator ē magis timendus q̄ȝ aliquis alius dominus temporalis: quia eſt dominus totius mundi: vt. ff. ad. l. rodiam. de iactu. l. deprecatio: vt dicit lex. Ego imperator: dominus ſuȝ totius mundi. Et Baldus dicit. Imperator ē tanquā ſtella matutina: que in medio nebule meridionalis iminet. Et rō ē: q2 populus romanus tranſtulit in eū oēm ptātem et iuriſditionē: vt pȝ ff. de cōſtitutionibus principum. l. i. In ſpiritualibus vo papa ē magis timēdus

quia eſt vicarius dei: habés oém
poteſtatem ſuper animas: electus
& aſſumptus in plenitudine pote
ſtatis. Patet hoc in decretis.ij.q.
vi.c. Decretis. Et extra de vſu pa
lij.c. Ad honoré. Et de ꝯceſſione
p̄bende.c. Propoſuit. Cum igi
tur deus ſit ſummus dn̄s omniū
dn̄oꝝ: omnium pontificū: oīum
imperatoꝝ: quilibet eum timeat.
Timete ergo deum: q: eius poté
tia eſt infinita. Timete deum: quia
ſicut cuncta creauit de nihilo: ſic
ſua infinita poté̄tia ea poteſt in i-
ſtanti deſtruere & anihilare. Ti-
mete deum: q: poteſt obtenebra-
re ſolem: lunam: & ſtellas. Timete
deum: q: pōt inficere & corrūpere
aerem & mittere peſtilentiam: taꝫ
horribilem: ꝙ nullus remanebit.
Timete deum: q: pōt aperire ter
ram & oés ſubmergere ī baratrū
inferni. Timete deum: q: pōt mit
tere fulgura: tonitrua & ignem de
celo: & in pulueré omnes redige-
re. Timete deū o dn̄i tépoꝛales:
quia veſtra potentia nihil poteſt.
Timete deum o cardinales: o di-
uites: o nobiles: o mercatores: o
artifices: o vani iuuenes: o vane
mulieres. Timete deū: timete deū
timete deum. Propterea Iere.x.
.c. clamat dicens. Quis nō time-
bit te o rex gentium. Et Tulius li
bro p̄mo. de natura deoꝝ ait.

Impoſuiſtis ceruicib⁹ nr̄is ſem-
piternum deum: quem dies & no
ctes timeremus. Quis enim non
timeat omnia prouidenté & aiad-
uertentem: & omnia ad ſe pertine
re putantem curioſum & plenum
negocij. Et ad hunc timorem īdu
cit nos xp̄s. Mat.x. Timete eū
qui poteſt animam & corpus ꝑde
re in gehennam. ¶ Scdm̄ moués
nos vt deum timeamus eſt ei⁹ cla
ra ſcientia. Si quis quereret vn̄
eſt ꝙ arbores & cetere plante non
cognoſcunt nec intelligunt. Rn̄-
dit Phūs i.ij. libro de anima. & ſ.
Doc. in prima par.q. xiiij.ar.i. ꝙ
plantate nō cognoſcunt ꝓpter ſuá
materialitatem. Senſus autē co-
gnoſciturus eſt: q: receptiuus eſt
ſpecieꝝ ſine materia: & intellectus
adhuc magis cognoſcitiuus: q: eſt
ſeparatus a materia & immixtus: vt
dicit̄ a Phō in.iij. de anima. Vn̄
cū deus ſit in ſummo immateria
litatis: q: eſt actus purus: vt dicit
Comẽtator.xij. Metha. Sequit̄
ꝙ ipſe ſit in ſummo cognitionis.
Vñ.ſ. Tho. his p̄miſſis dicam⁹
ſic. Quãto res eſt ſpūalioꝛ & ſim
plicioꝛ: tãto é plurimū cognitiua.
Deus eſt ſubſtantia ſimpliciſſima
atq3 ſpūaliſſima: carens omni cō
poſitióe: vt declarat.ſ.doc. prima
par.q.iij.ar.vij. Nã in eo non eſt
cōpoſitio forme & materie. Non

nature ⁊ ſuppoſiti. Non eē ⁊ eēn tie. Non generis ⁊ diem. Non ſubiecti ⁊ accidentis. Nō actus ⁊ potentie. Nō omniū eſt: q2 oē cōpoſitum eſt poſterius ſuis cōponentibus: ⁊ dependens ex eis. De9 aūt eſt primum ens ⁊ a nullo dependens. igitur deus nullo modo eſt compoſitus. Ergo deus omnia videt ⁊ cognoſcit. Veniat alia ratio ſic. Deus eſt omnium creator. ergo omnia cognoſcit tam bona q̄3 mala: vt in vno quoq3 iuſtitia locum habeat. Pertinet enim ad iudicem habere ſcientiam ⁊ cognitionem omniu3. ſ. iuſti ⁊ iniuſti: vt ff. de iuſtitia ⁊ iure. l. iuſtitia. S3 dices. Quomodo eſt poſſibile q2 deus intelligat ⁊ cognoſcat: ſciat ⁊ videat oīa que agunt ⁊ maxime in occultis. Rñdit magiſter ſenten. cum omni theologorum ſcola di. Deus vbiq3 per potentiam: per eſſentiam: ⁊ per preſentiam. Quamodo autē hoc ſit poſſibile. Doc. ſ. in prima parte. q. viij. ar. iij. optime declarat dicens. Deus eſt in omnibus per potentiam inquantum oīa eius ptāti ſubduntur. i. nihil eſt in mundo quin illud ſubdatur poteſtati dei: ita q2 poteſtas dei omnia amplectitur: ⁊ ſibi ſubiicit omnia viſibilia. ſ. ⁊ inuiſibilia: corporalia ⁊ ſpiritualia: celum: clemēta: ⁊ infernum. Et non eſt imperator: non rex: non aliquis alius dominus tam magnus ⁊ potens qui non ſit ſub dei potentia. Non papa. Non cardinales. Nō alij prelati. Non mundi principes. Non fortes. Non robuſti. Non grandes. Non paruuli. Deus inſuper eſt in omnibus per eſſentiam: inquantū oībus adeſt: vt cauſa eſſendi. i. omnis creatura quecunq3 ſit illa habet eſſe a deo: incipiēdo ab vltimo ſeraphin vſq3 ad minimā formicam: ipſe deus ē illud maximum ens. de quo phs in. xij: metaphy. Et. ſ. Doc. prima pte dicit. Nō eſt maxime ens ⁊ maxie verum: eſt cauſa omnis entis ⁊ oīs veri. Eſt preterea in omnibus per preſentiam inquantum omnia nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius. i. de9 cognoſcit ⁊ videt oīa preterita. oīa preſentia: ⁊ oīa futura. Hoc atteſtatur Paulus. hebre. iiij: di. Oīa autē nuda ⁊ aperta ſunt oculis ei9 Et phs de bona fortuna. De9 bene videt oīa preterita: preſentia: ⁊ futura. Et iterum Paulus exclamat: vt patet ad Ro. xi. c. dicens. O altitudo diuitiarum ſapientie ⁊ ſcientie dei: q̄3 incomprehenſibilia ſunt iuditia eius: ⁊ inueſtigabiles vie eius: Quis enim cognouit ſenſum domini? Aut quis eius conſiliarius fuit? Aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei. Quoniam ex

D

ipſo: ⁊ ꝑ ipſum ⁊ in ipſo ſunt oīa: hec ille. Patet ergo ꝙ in deo eſt ſumma ſapiētia: ſumma ſciētia que eſt cā oīum rerū: vt dicit Comē. i. v. Meth. Eſt īſup ſūma cognitio: ſūma viſio: ſūma itelligētia. Oīa .n. eternalr̄ cognouit: oēs malas cogitatiōes: oēs malas locutiōes: oēs malas opatiōes: oēs iniquos actus: eternalr̄ anteq̄ fierēt vidit ⁊ cognouit. Time igit̄ deū. O tu q̄ ſemp mala cogitas: mala meditaris: mala de alio iudicas: quia deus cor tuū: malis cogitationib⁹ plenum videt ⁊ cognoſcit. Time deum o lingua ſerpentina. o lingua diabolica. o lingua mendax ⁊ periura. Time deum o detractor peſſime. Time deum o blaſfemator iniquiſſime. Time deū o murmurator ⁊ ſuſurro diabolice. Time deum o tu qui facis vſuras. Time deum o tu qui vendis ad terminum. tu qui decipis proximū tu qui tenes aliena. tu qui tot committis rapinas: tot extorſiones. Timete deum o iuuenes laſciui qui in eccleſia procamini. Timete deū o vane ⁊ pōpoſe mulieres: o monialium corruptores: o ſacrilege: quia licet in occulto talia abhominabilia ⁊ fetentia faciatis. tamen deo omnia ſunt clara ⁊ manifeſta ⁊ omnia videt: in quocunq̄ loco fiant. Patet hoc puer. xv. In oī inquit Salomon. Oculi domini contemplantur bonos ⁊ malos. Et apoc. v. Vidi agnum ſtantem tanq̄ occiſum habentē cornua ſeptem ⁊ oculos ſeptem. Septem ſunt oculi domini cum quibus videt omnia peccata: omnium prelatorum: omniū clericorum: omniū religioſorum: omnium monachorum: omniū coniugatorū: omnium virginū: ⁊ omniū viduarū. Ecce quare dicit Joannes: ꝙ dominus habet ſeptem oculos: q: ſeptē ſunt ſtatus hominum peccantium ⁊ offendentium diuinam maieſtatem. Audi exemplum mirabile. Quedam meretrix nomine Thays tante pulchritudinis extitit: vt multi propter eam venditis ſubſtantijs ſuis ad vltimam paupertatē deuenerunt: ⁊ pre zelo frequēter puelle limina ſanguine iuuenum replebant̄. Ad quā abbas Paphnutius accedens: volens eam conuertere: ⁊ dans ei ſolidum quaſi pro mercede peccandi dixit ei: vt locum ſecretum ingrederentur. Illa autem dixit. Eſt quoddā ſecretum vel cubiculū: vbi nullus ingreditur: niſi verum deum timens. Non eſt enim locus qui diuinitati eius abſconditur. Cui ſenex. Scis tu eſſe deum? At illa. Scio inquā eſſe deum: ⁊ regnum futuri ſeculi: nec non ⁊ tormenta pecca

torum. Et ſenex. Cur tot animas perdidiſti: Heu miſera: quia non ſolum pro tua: ſed pro illorum es reddit ura rationẽ. Illa vero hec ⁊ ſimilia audiens: prouoluta ad pedes ſenis cũ lachrymis exorabat dicens. Scio eſſe penitentiam pater ⁊ confido de remiſſione te orã te. Et collectis omnibus queciũqꝫ ex peccato lucrata fuerat in medio ciuitatis igne coram omnibus cõbuſſit. Erat autem precium auri librarum quadringentarum. Et tandem peracta penitentia in pane ⁊ aqua ꝑ tres annos in carcere detruſa: ſancto fine quieuit. Vide legendam eius de menſe octobris: ante feſtum Dionyſii. Audi ⁊ aliud exemplum. Refert ſiquidem Petrus damianus: ꝙ quidaꝫ aliẽnam ſuem furatus eſt. Erat autem vir ille cui ſus erat hoſpitalis valde: fur vero tonſor erat. Venit ergo quidam in effigie pauperis ⁊ ꝓlixo crine: rogauitqꝫ tonſorẽ vt cum raderet: ille protinus aſſumptis forpicibus reuerenter cum tondere cepit: quod cum faceret reperit in occipitio eius duos oculos latitãtes. Expauit ille ⁊ queſiuit qđ hoc eſſet. Cui ille inquit. Ego ſuꝫ Jeſus qui cuncta contemplor. Et iſti ſunt oculi: quibus vidi ſuẽ quã in cauea concluſiſti: moxqꝫ diſparuit. Timete igitur deum: q: die ⁊ nocte omnia videt. Confirmatur omnia ꝟ. Eccle. xxiij. c. Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem circũſpicientes oẽs vias hominum ⁊ profundũ abyſſi: ⁊ hominum corda intuentes: in abſconſas partes. domino enim deo anteqꝫ crearẽtur omnia ſunt agnita: ⁊ ſic poſt perfectum reſpicit omnia. hec ibi. ❡ Tertium inducens nos ad timendum deum: eſt dei iuſtitia. Miſeri peccatores dum immergunt ſe in fecibus peccatorum opinantur ⁊ ſuadent ſibi ipſis: q̄ deus eos nõ puniet: ⁊ non conſiderant ꝙ iuſtitia dei eſt infinita ⁊ nullum peccatũ: nullũ delictum relinquit ĩpunitũ. Patet ꝟ in apoc̃. i. c. Ubi Joannes vidit chriſtum habentẽ in eius ore gladium ex vtraqꝫ parte acutum. Per gladiũ intelligitur ſeuera ⁊ vindicatiua iuſtitia dei que punit ſceleratos peccatores: tam in corpore q̃ꝫ in anĩmaꝫtã in hoc mũdo q̃ꝫ in alio. Hoc gladio vĩdicauit ſe deꝰ ʒ peccã ſceleꝰ luxurie: deſtruẽdo totũ mũdũ aq̃s diluuij. Gen̄. vi. ⁊ vij. ⁊ ĩõ timete deũ. O luxurioſi: o carnales. o nutriti ĩ putredie ⁊ fecibꝰ ĩmũdicie: q: alr̃ iuſtitia dĩ ſumet vĩdictã de vobis. Nõ eſtis mihi credite ſecuri. vñ Ber. Nuſquã ẽ ſecuritas. nec ĩ celo: nec ĩ paďiſo: mľto minꝰ ĩ mũdo. ĩ celo cecidit ãglꝰ

ex preſentia diuinitatis. In paradiſo Adã de loco voluptatis. In mũdo. Iudas de ſcola ſaluatoris. hec ille. Hoc eodem gladio exercuit maximã vindictã ↄtra nephãdiſſimos ⁊ ſulphureos ſodomitas: comburẽs ⁊ ſubmergẽs totã illã patriã cum quinqʒ ciuitatibus Gen̄.xix. Et ideo timete deum o maledicti gomorreani. Timete deum o deſtructores humani generis: q: niſi dimiſeritis tantã abhominatiõeʒ: oĩno iuſticia dei diſſipabit vos. Hoc gladio diuine iuſticie vindicauit ſe deus ↄtra peccatũ adulterij: ꝓpter qδ occiſa ſunt vigintiduo milia hominũ: vt habetur. Iudicũ.xix.⁊.xx.c. Idõ timete deũ o adulteri. timete deum o violatores thori maritalis. timete deũ o mulieres adultere. Iſto gladio puniuit deus ſymoné magũ ꝓpť peccatũ ſymonie. Naʒ poſtq̃ʒ demones portauerũt eũ per aera in altũ. precepto apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli dimiſerunt eũ: ⁊ cadens ĩ terrã: ſepultus eſt in inferno cum cento millia diauoli. Propterea timete deũ o ſymoniaci. Hic gladius transformauit Nabuchodenaſor in beſtiã ꝓpter peccatũ ſupbie. Et ideo timete deũ o ſuperbi: o ambitioſi: o iſlati. Na iuſticia diuina eſt illa qua peccatores puniunť. flagellanť: exterminanť. Aliq ſubmerguntur in aquis. Aliqui cõburuntur igne: aliqui fulgure: de celo miſſo in puluerem rediguntur. Hij moriuntur morte ſubitanea. illi ſuffocanť gutta. Alij efficiunť fatui. Alij leproſi. Alij laborant morbo caduco. Alij varijs infirmitatuʒ generibus moriunť iuſto dei iudicio. O iuſticia dei q̃ʒ magna eſt: q̃ʒ ſeuera: q̃ʒ rigida: atqʒ vindicatiua. O peccatores timete deum. O ſcelerati timete deũ. O ſurdi ⁊ alienati ſenſib⁹: audite qd dñs dicit ↄtra vos, put ſcribiť ps. Niſi ↄuerſi fueritis gladiũ ſuũ vibrauit: arcũ ſuũ tetendit ⁊ parauit illũ: ⁊ in eo parauit vaſa mortis. ſagittas ſuas ardentibus effecit.

Tertiũ qδ principaliter occurrit ↄtemplandũ circa timorem dñi. vocať fructificatio. Duodecim naqʒ ſunt fructus ⁊ vtilitates quas ↄſequentur deũ timentes.

¶ Primus naqʒ fruct⁹ dei timoris eſt peccati expulſiuus. O peccator tu es in multis peccatis mortalibus inuolutus. Si ergo vis ea a te expellere: ⁊ ↄſciam tuã puraʒ ⁊ nudã facere: time deũ. Patet h Eccľ.i.c. Timor dñi expellit pctm̃.

¶ Scd̃s fructus eſt ſcĩe generatiuus. Si vis habere guſtum ⁊ ſapoẽ in rebus diuinis: in orõnib⁹

in predicationibus: in miſſis atqꝫ in omnibus que agis: time deú. Eccl. i. c. Radix ſapie eſt timere deum. ¶ Tertius fructus eſt negligẽtie abiectiuus. Uñ eſt ꝙ peccatores ſunt tepidi: negligẽtes: ſomnolẽti ad bene ꝛ virtuoſe operandū: q2 nõ timẽt deū. Declarat hoc pſalmiſta. ps. xiij. di. Nõ eſt timor dei añ oculos eoꝝ. Si ergo vis feruent operari: ꝛ die noctuqꝫ in dei ſeruitio ardere. time deū. Eccleſiaſtes. vij. c. Qui timet deum nihil negligit. ¶ Quartus fructus eſt mentis ſtabilitiu⁹. Sũt nõnulli: quoꝝ mens nũqꝫ quieſcit. ſed ſemp volat: mõ ad hoc: mõ ad illa: nec vnũ que maria poſſunt cũ aliqua ſtabilitate pferre. Et hoc pcedit: q2 deuꝫ nõ timẽt. Timete igiť deū: q2 mẽs veſtra ſtabilis ꝛ firma fiet. Eccle. xxvij. Si nõ in timore dñi tenueris te inſtanter: cito ſubuerteť domus tua. ¶ Quint⁹ eſt ſpũaliter ditatiu⁹. Paupes vtiqꝫ ſunt peccatores. Nullã virtutẽ hñtes: nullã graꝫ. nullũ dei donũ. O magna miſeria: eſſe ſine gratia dei. Time igiť deũ q2 magnũ theſauꝝ ſpũale acqres. imo ꝛ tpale. Uñ pſalmiſta. ps. xxxiij. Timete dñꝫ oẽs ſcti eius. qm̃ nõ eſt inopia timẽtibus eũ. ¶ Sextus eſt bonoꝝ operuꝫ cumulatiu⁹. Qui timet deũ: omni hora: oi ſeptim. ma: oi die: oi menſe: oi anno: opa meritoria acqrit ꝛ acumlat. Eccl. xv. Qui timet deũ faciet bona. Uñ Ber. Qui timorẽ dei ſemp hꝫ p̃ oculis: vie eius pulcre: ꝛ ſemite eius pacifice. hec ille. Qui vero non timet ſemp de malo in peius cadere ñ ceſſat. vñ Iſido. Ubi timor nõ eſt: diſſolutiõ vite ẽ. Ubi timor nõ eſt: ibi dſperatio eſt. h ille. ¶ Septim⁹ ẽ cordis dulcoratiu⁹. Quid dulci⁹ melle: Certe nihil ſic: qd dulci⁹ eſt qꝫ deũ timere: Eccl. i. Timor dñi delectabit cor. O qlis dilecdo timere deũ. ¶ Octau⁹ eſt vite plõgatiu⁹. Multa ꝛ qꝫplura exponũt hoies mũdani vt lõgã vitã faciãt ꝛ tñ poti⁹ abbreuiãt. Sꝫ ſi deũ timerẽt: ſecuriores eẽt. Prouer. x. Timor dñi apponet dies. i. vitaꝫ faciet lõgioreꝫ. ¶ Non⁹ fruct⁹ eſt deuotiõis irrigatiu⁹. Quid eſt timor dñi: niſi qdaꝫ fons emanãs rores ſaluciferos. qb⁹ mẽs humana rfrigerať: Audi. Prouer. xiiij Timor dñi fons vite. ¶ Decim⁹ ẽ mali declinatiu⁹. Dicũt. n. pctõres. Ego vellẽ declinare ꝛ relinqre malũ. ꝛ tñ reperio me ſemp in pctis. Neſcio vñ pcedit hoc. Reſpõdeo q2 nõ timetis deũ. Si vis . n. nedũ mala culpe. ſꝫ ẽt mala pene declarare. time deũ. Prouer. xiiij. Sapiens timet ꝛ declinat a malo ꝛ Prouer. viij. Timor dñi

odit malum. Unde Iſidorus. Ti mor expellit peccatū: reprimit vi tium: cautū facit hoīem atq3 ſoli citū. ¶ Undecim⁹ ē pacificatiu⁹. Uultis ne pacē habere o chariſſi mi: timete deū. Prouer. xiij. Qui timet preceptū in pace verſabit. ¶ Duodecimus et vltimus fru ctus timoris dñi i eſt vite eterne re muneratiu⁹. O q̄3 magna: q̄3 mi rabilis merces preparat timētib⁹ deum. Eccle. i. Timēti dñm bene erit in extremis. Ecce duodecim fructus diuini timoris. De quib⁹ audite quid Hiero. dicat in tranſi tu. Dū viuitis frēs timeatis deū principium ſapientie timor dñi. Qui hic vicerit: alibi coronabit: dū hac pelle tegimur: nulla eſt no bis certa victoria. Si noſter geni tor timuiſſet: nū q̄3 excidiſſet: prin cipium omnium malorum ſui pſum ptio. Qui nō timet: de ſe pſumit. Quis inter latrones: quis onuſt⁹ auros ſecur⁹ gradit? Saluator: q̄d aliud docet niſi timere? Uigilate inquit: q: neſcitis qua hora fur vē turus eſt. Nā ſi ſciret paterfami lias qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtiq3 et nō ſineret pfodi domum ſuā. Sumus ille claniger petrus: ſobrij inquit eſtote frēs et vigilate: q: aduerſari⁹ veſter dia bolus: tanq̄3 leo rugiens circuit querēs quē deuoret. Nemo iter ſerpentes cum ſecuritate habitat. Qui ſanctior eſt et ſapiētior: plus ſemꝑ timeat. Nā qui altior eſt: ca dēs maiores caſus recipit. Time atis frēs: iterum rogo. Undiq3 time atis: q: beat⁹ eſt vir timēs deum. Et .n. ſi ↄſiſtant aduerſum me ca ſtra nō timebit cor eius. Si exurre xerit i eū preliū i hoc ſꝑabit. Per fect⁹ dei timor foras vanū mittit timorē: timorē vanū nō h3 chari tas. Charitas et timor dei vnum ſunt. Cōſiderās h ꝓpheta dicebat. Cōfige timore tuo carnes meas: hec ille. Sācti etiā timēt: q̄to ma gis pctōres debēt timere. Legit in vitis patrū: q: cū abbas Aga thon moriturus: aptis oculis per tres dies ſtaret immobilis: et frēs peterēt: abba vbi es: et ipſe rñde ret: in ↄſpectu diui iudicio aſſiſto: et illi dicerent: et tu timeo. Rūdet: virtute qua potui laboraui in cu ſtodiendis mandatis dei: ſ3 homo ſum: et neſcio vtrum opa mea pla cuerint deo: quia alia ſunt iudicia dei et alia hominū. Studeat ergo quilibet ſiue bonus ſiue mal⁹ dei timorem in corde ſculptum habe re. De quo diffinitionē declara ui: tria inducentia ad ipſum addu xi: et duodeci3 eius mirabiles fru ctus enumeraui. Preſtāte domi no noſtro ieſu chriſto q̄ ab omni bus timendus eſt: hic per gratia3:

et in futuro per gloriam: qui viuit in secula seculorum. Amen.

¶ Feria .iiij. dñice passionis. De religione. Sermo .xliij.

Oues mee vocem meã audiunt. Jo. xi. Quãuis oipotens deus hoi in hac vita existẽti diuersa gratiarum munera ptulerit: nihilominus: precipuũ et singulari⁹ donũ: quo q̃s post baptismuz donari põt: existimo esse: vt ad calcãduz mundũ: terrenasq; voluptates inducat: et ad pascua virentis sancte religiõis pducat. Hoc ẽ.n. illa felix beataq; vita in qua stat⁹ est oium ṽtutuz atq; pfectionum. Hec ẽ i quã scala quã patriarcha Jacob ptẽplabat. Hec deniq; nauis est xpi: qua trãsactis mũdanis fluctibus: ad beate sempiterneq; vite portum: secura nauigatione trãsimus. Hinc et saluator hui⁹ sacre religiõis caput et princeps aiebat. Si vis perfectus esse vade et vẽde oia que habes et da paupibus et sequere me: et hẽbis thesauruz magnũ in celo. Hec.n. vita ẽ: q̃ religiosi oues xpi eff.ciũt: q: audiunt vocẽ ei⁹ et euz sequũt. Jõ ĩ ipsis ait. Oues mee vocẽ meã audiũtq; Sunt ṽba i euãgelio recitata. In quo tria documẽta hẽm⁹. ¶ Primũ nãq; documẽtuz ẽ: q edocemur: psiliũ nõ debere fieri cũ festinatiõe: neq; cuz ira et isipiẽtia: iudeorum more. Sz cuz maturitate: cuz prudẽtia et mẽtis tranq̃llitate: vt recte euz ẽẽ possit. Hoc tangit. pte pma. Collegerũt etc. ¶ Scdz documẽtuz ẽ: q: lz hõ sit nimio scelerib⁹ inuolut⁹: nihilomin⁹: spũs pphecticus illi q̃nq; daf: et maxime qñ ẽ i aliquo dñio vel officio psitu⁹: sicut appet in Caypha. Hoc pz. ibi. Unus aũ ex ipsis noie etc. ¶ Tertiuz docu. ẽ q iuuenes qui volũt relinquere mũduz: debẽt se colligere cũ aplis. i. cũ fr̃is xpi: et cuz ipsis s q dñm iesuz i desertum penitentie et sancte religiõis. Patet. ibi. Jesus abijt in regionẽ iuxta desertum etc. De qua religione tria videbimus.

¶ Primo religionis ingressionem.

¶ Scdo religiõis decorationez.

¶ Tertio religiõis electionem.

¶ Primo ptẽplari debem⁹ religionis igressionẽ. Seculares negotijs mundanis iplicati: nõ gustantes que sunt spiritus dei: solẽt: vt sepe numero sum expert⁹: pturbari: et querulose lamẽtari qñ iuuenes a deo inspirati religionez igrediunt. Dicũt.n. q male et idiscrete faciũt religiosi: q tã faciliter recipiũt vos ad habitũ religiõis: et pmaxie nõ hito sup h maturo et

diuturno conſilio a parentibus ꝛ amicis. Qua ī re merito dubiū ꝓponitur diſputandum ſub tali verborum forma. Utrū volens ſanctā religionē ingredi: ꝛ eius ſacrū ſuſcipere habitū: teneaſ prius ꝯſulere parētes ꝛ amicos. Huic qōni rñdet ſ. Doc. q. vltra. ar. vlti. di. Juuenis ſpūſancto afflat⁹ vt ſeculū relinquat ꝛ religionē ingrediaſ nullomō ſup hoc tenetur petere ꝯſiliū. Qō ſic ꝓbaſ. Illō qō eſt determinatū: lucidum atqꝫ clarū: nō indiget ꝯſilio alioꝝ. Patet hoc p monarchā Philoꝝ Ariſto. in. iij. li. Ethi. di. Diuturna deliberatio ꝛ multoꝝ ꝯſilia requiruntur ī magnis dubijs. In his autē que ſunt certa ꝛ determinata non requiriſ ꝯſiliū: h ibi. Sꝫ igreſſus ꝛ ꝓpoſitū igrediēdi religionē: ē certiſſimū ꝛ determinatiſſimū: q eſt melius bonū ꝗꝫ in ſeculo remanere. Nā talis ingreſſus ꝛ ꝓpoſitū ē a deo: q vt ibidē dicit. Doc. ſ. ꝓpoſitū de igreſſu religiōis: vt dicit Glo. ꝑme. Theſſa. vlti. nō idiget ꝓbatiōe an ſit a deo: q certa īdiget diſcuſſiōe: lꝫ ex pte recipiētiū examinandus ꝛ ꝓbādus ſit. Et ī quolibet. iij. ī quit. Propoſitū īgrediēdi religionē ē a ſpūſancto. vñ xp̄s inſpirās ꝛ ꝓuocās quēdā adoleſcentem. Mat. xix. ait. Si vis pfectus eſſe vade ꝛ vēde oīa que habes ꝛ da paupib⁹: ꝛ veni ꝛ ſequere me. Nō ait ſaluator: vade ꝛ cōſule. Et Mat. iiij. Uenite p⁹ me ꝛ faciā vos fieri piſcatores hominū. Ecce inſpiratio ꝛ vocatio diuina. At illi ꝯtinuo relictis retibus ſecuti ſunt eū. Ecce ꝓmptitudo ꝛ celeritas ꝓpter religiōis ꝛ ſequele xp̄i certitudinē: que ꝯſilio nō indiget: vt Chri. dicit. Talē obediētiā querit a nobis: vt neqꝫ inſtanti tpe remoremur. Vñ Augu. in li. de vbis dñi dicit. Uocat te oriēs .i. xp̄s ꝛ tu attendis occidētē .i. ad hoiem mortalē ꝛ errare potentē. Ex iam dictis ſequiſ: q igrediēs religionē: cū a ſpūſancto ducatur: nullo ꝯſilio indigeat: q ē certus. Sꝫ ꝗꝫ primū ſpūs tāgit eū: promptiſſime pgere debeat ſm vocationē: qua glorioſus deus eū vocat. Propterea Hierony. in epl'a ad Paulinū. Feſtina queſo te ꝛ herēti ī ſalo nauicule: funē magis ꝑcide ꝗꝫ ſolue: hec ille. Vñ ꝛ Urbanus papa in. c. Sancti ruffini ꝛ habeſ in decretis. xix. q. ij. c. Due ſunt dicit. Si quis in eccl'a ſua ſub epo pplm retinet ꝛ ſeculariter viuit: ſi afflatus ſpūſancto: in aliquo monaſterio: vl regulari canonica ſaluare ſe voluerit: q lege priuata ducit: nulla rō exigit: vt a lege publica ꝯſtringaſ. Dignior. n. eſt lex priuata ꝗꝫ publica. Spūs qdē dei

lex eſt. Et qui ſpū dei agunt: lege dei ducunt. Et quis ē qui poſſit digne reſiſtere ſpūiſancto? Quiſqs igit hoc ſpū ducit: etiā cū ſuo ꝓ dicente erit liber nr̄a auctoritate. Juſto.n.lex nō eſt poſita. Sꝫ vbi ſpū dei ducimini nō eſtis ſub lege. hec ille. Idē habet in.c. Licet circa principiū. extra de regularibus ⁊ tranſeuntibus ad religionē. Ecce clare probatū eſt: ꝙ religio eſt tm̄ in ſe bonū: vt nō ſit neceſſe p ingreſſu eius ꝯſiliū petere: tm̄ ſi doctoribꝰ xp̄ianis nō vis adhibere fidē: ſaltē audi Ariſto. in lib. de bona fortuna. Dis qui mouentur p inſtinctū diuinū nō expedit ꝯſiliari: p rōnē humanā: ſed ſequent interiorē iſtinctū: ꝙ mouent a meliori principio ꝙ̄ ſit rō humana: h̄ ille. Tm̄ inſup eſt bonū ſacratiſſime religionis vt certiſſimū ſit: ꝙ excedat bonū voti. pegrinationis terre ſancte. Vn̄ Alexāder.iij. vt habet extra de voto ⁊ voti redēptione. c. ſcripture. c. d. Reus fracti voti aliquatenus nō habet: q tēporale obſequiū: in ꝑpetuā noſcit religionis obſuantiā cōmutare: hec ille. Cū illud ſit ꝑpetuū: illud vero tp̄ale. Adeo grāde bonū eſt vt eā ingrediēdi nō iponat pnīa de peccatis ꝑteritis: ſicut pꝫ in decretis. de pe. di. i. His auctoritatibꝰ. Et extra de regula. c. Scripture. Sꝫ de cōmiſſis in religione bn̄ iponit penitētia: vt extra de regula. c. Vlti. Et de ſen. exco. c. Cū illoꝝ. Sꝫ audi altius. Talis.n. religionē ingrediēs: ꝯſequit plenā remiſſionē oīum peccatoꝝ: nec ſolū quo ad culpā: ſed etiā quo ad penā. ſicut dicit.S. Tho. in.iiij. ſen. de. iiij. q.iij. ar.iij. ⁊ in. xxij. q. vlti. ar. iij. Si.n. inquit aliquibus elemoſynis factis: homo pōt ſtatim ſatiſfacere de peccatis ſuis ſm illud Dan. iiij. Peccata tua elemoſynis redime: multo magis in ſatiſfactione ꝓ oībus peccatis: ſufficit ꝙ aliquis ſe totaliter diuinis officiis mancipet p religionis igreſſum: que excedit omne genus ſatiſfactionis: ⁊ publice pnīe: vt habetur. xxxiij. q. ij. Admonere. Sicut etiā holocauſtū excedit ſacrificiū: vt Greg. dicit ſuper Ezech. vnde in vitis patrū legit: ⁊ eandē gratiam ꝯſequunt ingredientes religionē: quā ꝯſequunt baptizati. h̄. S. Tho. Et in Auctica. de monachis. in principio. Coll. prima dicit. Cōuerſatiōis monachalis vita ſic eſt honeſta: ſic cōmendare nouit deo: ad hoc venientem hoīem: vt omnē quidē humanā eius maculā detergat. Vbi Glo. dicit. oē peccatum dimittit per ingreſſum religionis. Idē habet a Stephano papa. v. xxxiij. q. ij. c. Admone

re circa mediū ibi ingredere. Si-
militer in Glo. Adhuc alius audi.
Si quis in ſacratiſſima religiōe
uſq; ad ſupremum ſpūs pſeuera
uerit cū obſeruatione pfeſſionis
ſue. corpore vitā cum morte. cōmu
tāte. ad chorū angelorū. ſeptimū. ſ.
thronorū merito aſſumitur fulgidis
ſertis redimitus. omni tpe mundi.
Hoc vero pbatur p ſaluatorē. Lu.
.c.xxij. dicentem. Diſpono vobis
vt ſedeatis ſup thronos. vñ Hie-
ro. Omnes qui ad exēplum apo
ſtolorū ſua reliquerūt, primo. iudi
cabunt cū eo. hec ille. Et Math.
.xix. ait xpūs. Uos qui ſecuti eſtis
me. i regeneratōe cū ſederit filius
hoīs in ſede maieſtatis ſue. ſedebi
tis et vos ſup ſedes. xij. Iudican-
tes. xij. tribus iſrl. O q̄ztus ho
nor. O q̄zta gloria. O qualis triū
phus erit religioſis cū xpo totū
iudicabunt mundū. Si vero talis
diuini verbi fuerit ānūciator. col-
locabitur nō īmerito in cherubino-
rū glorioſo choro. Nā iuxta Gre
gorij ſniam. cherubin plenitudo
ſcie interptatur. vñ et Dan. xij. Qui
aūt docti fuerint fulgebūt q̄ſi ſplē
dor firmamēti. Et qui ad iuſticiā
erudiunt multos q̄ſi ſtelle. i perpe
tuas eternitates. Si āt ſpū feruēs
et accenſus in diuino amore extite
rit. inter ſeraphin. locū ſortietur.
Interpretatur enim ſeraphin ar
dens ſiue accenſus. Nemo igitur
veſtrū perturbetur nemo murmu-
ret. cum videt iuuenes religionē
ingredi. ſine parentum aut amico
rum ꝯſilio. q: certiſſimum eſt reli
gionis bonum et a deo inſpiratū.
Uos vero O iuuenes cur nō re
linquitis ſeculū? Cur non volatis
ad tam optimū ſtatum. Cu tantā
nō apprehenditis pfectionē. Cur
nō ſequimini diuinā vocationē.
Cur ſpiritui ſancto ꝯſenſum non
prebetis. Cur ei reſiſtitis. Cur ve
ſtra corda nō emolliūtur. Uenite
ha boni figlioli. Uenite nihil du
bitantes. letanter ingredimini reli
gionem. Sed forte dicet aliqs ve
ſtrum. facerē qd hortaris. ſed ha
beo parētes. quorū amore et affe
ctu ipedior. Audi mi fili Hiero.
tibi rñdentem. ſicut ſcribit ad He
liodorū i epiſtola vbi ſic ait. Licet
paruulus ex collo pēdeat nepos.
licet ſparſo crine. et ſciſſis veſtibus
vbera quibus te nutrierat mater
oſtēdat. licet in limine pater iaceat
ꝑcalcato pge patre. ſiccisq; ocu-
lis ad vexillum crucis euola. So
lum pietatis genus eſt in hac re eſſe
crudelem. Ueniet veniet poſtea
dies. quo victor reuertaris ad pa
triam. quo p ieruſalem ciuitatem
celeſtem vir fortis coronatus
incedas. Tunc municipatum cū
paulo capies. tunc parētibus tuis

einſdem ciuitatis ius petes. tunc ꝛ pro me rogabis qui te vt vincere incitaui. Et infra. Facile rumpit hec omnia amor xp̄i ꝛ timor gehēne. Gladium tenet hoſtis vt me perimat: ꝛ ego de matris lachrymis cogitabo. hec ille. Relinque ergo patrem carnalem fili mi ꝛ ſequere patrē deum qui cuncta creauit: quia magis obligaris ſue maieſtati q̄ȝ patri tuo ꝛ matri tue carnali: omne bonum qd̄ tribuunt nobis parētes carnales acceperunt a benigniſſimo deo patre omnium creaturarum. Quid boni habemus qd̄ non ſit a deo. Ipſius naq̄ȝ eſt anima. corpus. diuitie. celum. terra. ꝛ omne bonuȝ prout. ps. cantat. di. Dn̄i eſt terra ꝛ plenitudo eius: orbis terrarum ꝛ vniuerſi qui habitāt in eo. Voltale ſpalle al tuo padre. Laſſa la toa madre lachrymante: que te a religionis ꝓpoſito fletibus ꝛ ſingultibꝰ abducere conatur. Audi fili mi exempluȝ perpetua memoria dignum iuuene quodam alemano. antiquitate ſanguinis ſumme decorato. diuitijs ꝛ ſeculari gloria illuſtrato. Cuius pater vt legitur ī libro de apibus in alemanie partibus maximus princeps ꝛ dominus erat. Hic vero iuuenis vt ſibi cōpararet: liberalium artiū ſtudij exercitatione peritiam ad ciuitatem pariſienſem annuente patre ſe tranſtulit. Ubi aliquo tēpore cōmoratus: intellerit parentem vitam cuȝ morte mutaſſe. Uidēs vero predicatoꝝ ordinē: in quo in ſūma ſanctitate ſūma florere: ad magiſtrum Iordaneȝ: qui prefati ordinis generalis fuit cum deuotione acceſſit: ꝛ ex eius manibus: religiōis prefate habituȝ ſumpſit. Hoc audiēs mater: que vidua remāſerat: cū apparatu ſolēni: maximaq̄ȝ pompa pariſius ad filiuȝ videndū acceſſit. Quem vt habitum vili ꝛ humili indutuȝ aſpexit: adhortari cepit: vt religiōe dimiſſa ſecum repatriare: ꝛ principatū a patre dimiſſum ſuſcipe velit: lachrymas ꝛ ſingultus precibꝰ adiūgens: quā animo magnanimꝰ xp̄i miles filius: vȝ plorantem ac fletibus ora rigantē aſpiciēs: ad quādam feneſtram vitreā ſe ꝯuertit: que erat in capella in qua cuȝ matre colloquebat. Et ꝯtuitus ī illā. Saluatorē generis hūani ī cruce pendentē: eiuſq̄ȝ matrē ꝛ Iohannē euāgeliſtā: hinc inde collocatos: dixit matri. Cuiꝰ ſunt imagines iſte pictur e iſte: Cui illa xp̄i inq̄t ieſu: virginiſq̄ȝ ſctiſſime: ac diui Iohānis. Et filius diuini amoris igne ſuccenſus ait. O genitrix amantiſſima. Scio q̄ nunq̄ȝ reperta fuit aliqua mater: que fili. [illegible] pro-

ſequeretur amore: ſicut beata vir-
go ieſum benedictū. Et tamē cum
eſſet paupercula: eam xp̄o dereli-
quit ⁊ lignū crucis aſcēdēs: morte
turpiſſima redemit peccatores.
Qua re diſcede hinc mater mea
cum tuo comitatu: q: creatori meo
volo deſeruire. Dimiſſa igit̄ ma-
tre diſceſſit: ⁊ ad monaſteriū redi
ens: toto vite tēpore religioſiſſime
vixit. Qui ergo a deo vocatur ſi-
ne tot conſilijs xp̄i crucē ſuſcipiat
⁊ habitū religionis induat: ⁊ ſic
eſt finis prime partis.

SEcundo principa
liter religionis cō
tēplari debemus
decorationē. Mul
ti varijqʒ ſunt or-
natus: pulchritudines: triūphi ⁊
excellentie ſacratiſſime religionis:
ſed vt breuitati ſtudeam: quattuor
tm̄ explicabo: quorum primus di-
citur triūphus.

¶ Triūphus depuratiōis.
¶ Sc̄ds dr̄ triūphus purgatiōis
¶ Terti⁹ dr̄ triūphus meritatōis
¶ Quartus dr̄ triūphus deſen-
ſationis.

¶ Prim⁹ nāqʒ triūphus: ornat⁹:
decor: ⁊ excellētia religiōis ē triū-
phus depuratiōis. Hūc ponit de
uotus Ber. ſup illud Mat. xvij.
Bonū eſt nos hic eē. ſ. in religiōe.
quia hō viuit purius. Vñ. ſ. Doc.
in p̄mo ſen. di. xvij. ⁊ di. xliiij. dicit
q: prauitas intendit̄ ⁊ augmētatur
per receſſum a contrario. B. Al
bertus magnus ſuper miſſus ē. di
cit: q: prauitas ſpūalis ē maior ſm
maiorem conuenientiam ad ſum-
mam lucem ſpūalem: que eſt de⁹: ⁊
ſm hoc ergo purior eſt anima ſen
ſibilis: qʒ vegetatiua: aīa rōnalis
qʒ ſenſibilis: angelus qʒ aīa rōna
lis: ⁊ hoc ſm naturā: ſm vero gra
tiā que eſt quaſi lumen creatū pro
cedēs a lumine increato. Ubi ma
ior eſt participatio gr̄e: ibi maior ē
ad primū lumen ⁊ ad primā lucē
appropinquatio. ergo vbi gratia
in ſummo: ibi appropinquatio in
ſummo ⁊ puritas in ſummo. Tūc
ſic. Quanto magis aliquis recedit
a peccato ⁊ magis appropinquat
deo: qui eſt ſumma puritas: tanto
magis purior: iuſtior: ⁊ ſanctior ef-
ficitur. Sʒ in religiōe viuētes ma-
gis recedūt a peccato ⁊ magis ap
propinquāt: qʒ ſeculares in ſeculo
manentes. Ergo religioſi magis
purificantur: ⁊ maioris ſunt puri-
tatis ⁊ gratie: qʒ ſeclares. Maio
rem pbat Ber. dicens. In mona
ſterio eſt vita contemplatiua: in ſe
culo eſt vita laborioſa. In mona-
ſterio ē vita ſancta. in ſeculo ē cri-
minoſa. In monaſterio eſt vita ſpi
ritualis. In ſeculo eſt vita carnalis
In monaſterio eſt vita celeſtis. in

ſeculo eſt vita terreſtris. In mona ſterio é vita quieta. in ſeculo é vi ta turbulenta. In monaſterio é vi ta tranquilla: in ſeculo é vita con tentioſa. In monaſterio é vita pa cifica. in ſeculo eſt vita iurgijs ple na. In monaſterio eſt vita caſta. in ſeculo eſt vita luxurioſa. In mona ſterio é vita plena virtutibus. in ſe culo é vita plena vitijs. In mona ſterio eſt vita ſanctitatis. in ſeculo é vita iniquitatis. h ille. Et quis pōt explicare innumerabilia pctā mor talia: quib⁹ ſunt conglutinati ⁊ im merſi miſeri mūdani: vt puta mē datia: piuria: fraudes: vſuras: ra pinas: furta: homicidia: diſcenſio nes: odia: vindictas: rācores: ⁊ im mūditias in quolibet genere: de tractiones: irriſiones: murmura tiones: iras: inuidias: ſupbias: infi delitates: ⁊ reliqua: a quibus reli gioſi: oino per ingreſſum religio nis: iā receſſerunt ⁊ appropinqua uerunt ſumme puritati deo: purifi cantes ſe per contritionem: conti nētiā: cōfeſſionē frequentē: toto tē pore vite eoꝝ meditātes. cōtem plantes. loquētes. audientes ſpūa lia ⁊ celeſtia: nouas recipiētes gra tias. nouas illumiatiōes. noua do na. nouo ſpiritu. nouos feruores. nouas inſpirationes. Venite ergo filij vt tā altā puritatē mētis ⁊ cor poris cōſequi valeatis. ¶ Secun dus triūphus religionis dr̄ perfe ctionis. Qḋ ſic pbat. Ille ſtatus qui ſingulariter imitatur vitā ſan ctoꝝ apoſtoloꝝ eſt perfectiſſim⁹. Nā ſtat⁹ aplic⁹ tenet ſupmū gdū iter oēs alios ſtat⁹. Probat hoc. ſ. Hoc. ſup illud. Cōſtitues eos pn cipes ſup oēꝫ terrā. ps. Eructauit. di. Sicut beate virgini: nulla muli er cōparat: ita nec aliqs ſanct⁹ po teſt aplis cōparari nec adeqri. Et ſup illud apli. Ro. viij. Nos autē ipi primitias ſpūs hntes. dicit. q apli ſunt oib⁹ alijs ſcis qcūqꝫ pre rogatiua pfulgeāt: ſiue virginitatꝭ ſiue martyrij pferendi: tanqꝫ abū danti⁹ ſpūm ſcūm hntes. Et ephe. i. c. dicit. Per hoc reprobat teme ritas eoꝝ qui volūt pponere vel eqparare aliquē ſanctū ipſis apo ſtolis. qui fuerunt ppoſiti vt eſſent fundamētū eccleſie. h ille. Sꝫ ſtat⁹ religionis ſingulariter imitat ſta tū aploꝝ: Pꝫ p G: e. xvi. q. i. c. Ex auctoritate. Apli. n. oia reliq runt. Mat. xix. Ecce nos reliqm⁹ oia ⁊ ſecuti ſum⁹ ꝛc. Sic religioſi oia relinquūt vt ſequant xp̄ꝫ. Ubi nō. q vt dicit ſcūs Hoc. in. xxij. q. clxxxvi ar. vij. ſimul cum pho. iiij. ethy. tria ſunt bona que hēt i hoc mundo. Primū bonū ſunt diuitie pecunie: poſſeſſiōes: aialia: gentes filij. vxor. ſoror. frater. Et illa oia offert religioſus deo: p votū vo[l]

tarie paupertatis: vt nullo mõ liceat
amplius hĩre aliqd ꝓprium: vt dicit
Augu. in regula. xij. q. i. Nõ dicatis
aliqd ꝓpꝛiũ: ſʒ ſint vobis oĩa coĩa.
Religio oĩa facit cõia. Cõe ẽ ve
ſtimẽtũ. cibus. vinũ. oleũ. ſal. refecto
riũ. lectus. ignis. aqua. coqna. ſcutula
res. ſaccones. ſcd ſuine. libri. elemo
ſine. carte gladij. calami. Et breui
ter oĩa ſunt cõia: in tantũ vt ſi qs
appropriaret ſibi vnã cartã: vl' pẽ
nã. vel acũ: occultãdo ea ſuo ꝑlato
moꝛtalr peccaret. Vñ Augu. in re
gula. Si quis rẽ ſibi collatã celaue
rit furti iudicio cõdẽnet. Nec põt
ꝑlatus diſpẽſare in voto paupꝛtatis
vt patet extra de ſtatu monachoꝝ
c. Cũ ad monaſteriũ. ibi. Nec exi
ſtimet abbas ꝙ ſup habẽda ꝓpꝛie
tate poſſit cũ aliquo monacho di
ſpenſare: qꝛ abdicatio ꝓpꝛietatis: ſi
cut ⁊ cuſtodia caſtitatis: adeo ẽ an
nexa regle monachali: vt ꝯ eã nec
ſummus põtifex poſſit licẽtiã indul
gere. hec ibi. ¶ Scdm bonũ eſt
bonũ coꝛpoꝛis ꝓpꝛij: vt delicate
viuere: luxuriari: delectari i diuer
ſis delectationibus. hoc bonum in
trans religionẽ offert deo per vo
tũ cõtinentie ⁊ caſtitatis: quo: voto
abꝛenunciat maximis delectationi
bus coꝛpis. Vñ religioſus in caſti
tate viuens: angelus vtiqʒ eſt. Ca
ſtitas ẽ illa angelica virtus: q ſola cũ
fiducia põt aĩas deo pñtarẽ. Jn au
tentica de ſenonibus. ꝑ ſabbo. Sãn
ctus. col. iij. ¶ Tertiũ bonũ ẽ bo
nũ aĩe. ſ. libera voluntas: per quã
hõ vtit oĩbus potẽtijs ⁊ habitibus
aĩe. Hoc maximũ bonum ⁊ ſupꝛe
mũ. libera eni volũtate vnuſqſqʒ
facit qđ vult. Sʒ hoc bonũ offert
religioſus deo ꝑ votũ ſancte obe
dientie: ligans ſe in manibus ꝑlato
rum ſuoꝝ: vt nunquã liceat ampli
us facere aliquid ꝯ voluntatẽ pꝛe
lati. Hec igit ſunt tria vota: qbus
religioſi ſtatũ ⁊ perfectionem apo
ſtolicam imitant. Hec ſunt funda
menta ⁊ baſes apoſtolice ꝑfectio
nis. Jdõ religioſi pñt vocari apoſto
li: quo ad imitationẽ: qꝛ vitã apo
ſtolicã manu tenent ⁊ conſeruãt.
Ex his igit oĩbus ſequitur cõclu
ſio. ſ. Ergo ſtatus religiõis ẽ perfe
ctus. Declarat hec pꝛimus ꝑoꝛ oĩuʒ
religionum dñs ieſus xp̃s. Mat.
xix. c. Si vis perfectus eẽ. Vade ⁊
vẽde oĩa q hẽs ⁊ da paupibus ⁊ ha
bebis theſauꝝ i celo: ⁊ veni ſeqre
me. Et. ſ. Doc. in. xxij. q. clxxxvi.
ar. i. dic̃. Religio noĩat ſtatuʒ ꝑfe
ctiõis. Et itex. xxij. q. cliij. ar. v. dic̃.
Status religiõis ꝑfertur clericis ⁊
virginitati ſeculariũ. Jnſup idem
doc. vt. s. q. clxxxiiij. dicit. Status re
ligioſoꝝ ꝑfert ſtatui curatoꝝ ⁊ ar
chidiachonoꝝ. Venite igit filij acci
pite triũphũ religiõis: q ẽ ꝑfectio
vite aplice. ¶ Tertius ſacre religio

nis triũphus ẽ meritatiõis. ſ. doc.
in. iiij. di. xv. q. i. ar. iij. q. iiij. Et in
iij. di. xviij. ar. ij. q. v. dicit. Meri
tũ eſt actio q̃ iuſtũ ẽ: vt agẽti aliqd
debeatur. Et in. xxij. q. ciiij. ar. iij.
Meritũ ↄſiſtit i hoc: ꝙ hõ cõtẽ-
ptis creatis inhereat deo. Et i pri
ma ſcḋe. q. c. xiiij. ar. viij. Et. ij. ſen.
di. xxvij. ar. v. Hõ quolibet actu
meritorio merec̃ augmẽtũ grẽ: ſʒ
nõ ſtatiʒ augec̃. Et i. ij. ſen. d. xxiiij.
q. i. Et i. iij. ſen. di. xviij. ar. v. Oĩs
act⁹ iformat⁹ grã ẽ meritori⁹. Et i
ꝑma par. q. lxij. ar. v. Et i ꝑma ſe
cũde. q. cxiiij. ar. vij. xxij. q. xxiiij.
ar. vi. Quilibet act⁹ charitatis me
retur vitã eternã ⁊ augmẽtũ cha-
ritatis. Tunc ſic. Quicũqʒ contẽ
nit mũdũ ⁊ inheret deo: quolibet
actu meretur gloriã pạdiſi: pʒ vt ſu
pra. Sʒ igrediẽs religionẽ cõtẽnit
mundũ ⁊ inheret deo. Ergo reli
gioſus quolibet actu ipſa charita
te iformatos: ſemp merec̃ gloriã pa
radiſi. O quotiẽs religioſus i die
merec̃ ſempiternã gloriã. Exiſtis
enim in religione nr̃a: ꝙ religio
ſus continuatis cõia: vt diligenter
inquiſiui quolibet die qnquagin
ta vicib⁹ merec̃ vitã eternam. de
manifeſtis loquor: abſqʒ eo quod
merec̃ in cõſulẽdo: predicãdo: con
feſſiones audiẽdo: accuſando ſe in
capitulo ⁊ alios act⁹ ⁊ deuotiones
particulares faciendo in occulto.
Sʒ quotiẽs in ebdomada religio
ſus merec̃ vitã eternã. ccc l. vicib⁹
Sed quotiẽs in mẽſe: Audi admi
randa. Quolibet mẽſe merec̃ pa
radiſum. m. cccc. vicibus. In an-
no vero quotiẽs credis meretur
vitã eternã bon⁹ religioſus: Di-
co rem inauditam. Sexdecim mi
libus ⁊ octingentis vicibus. Pro
pterea Hiero. ad Heliodorũ in
epl'a de contẽptu mũdi ait. O de-
ſertũ floribus xp̃i vernãs. O ſoli-
tudo in qua illi naſcunc̃ lapides de
quib⁹ in apoc. Ciuitas regis ma-
gnĩ cõſtruitur. O religio familia-
ris deo gaudens. hec ille. O reli
gio glorioſa. O vita apoſtolica. O
ſtatus perfect⁹: ſtat⁹ certus: ſtatus
deo gratiſſim⁹: ſtat⁹ in quo totiẽs
⁊ cõtinue acquirit̃ lucrũ ineſtima
bile: theſaurus precioſiſſim⁹: mer
cantia non terrena ſed celeſtis ⁊ di
uina. Ad hunc ſtatum venite filij.
ad hunc euolate: queſo alacrita-
te: queſo dolcemente ſtringite.
Expergiſcimini: aperite oculos:
excutite torporem: negligentiam:
ſomnolentiam: vt ditiſſimi effici
valeatis. ¶ Quartus triũphus
ſacre religiõis ẽ triũphus defen-
ſionis. ſ. Doc. in. iij. contra gen. Et
in prima parte dicit. Diuina pro-
uidentia non ſolum gubernat ma
iora ſed etiam minima: ⁊ vnicuiqʒ
prouidet: ⁊ oẽs ↄſeruat: gubernes

⁊ defendit.paganos.ſ.iudeos.tur chos.peccatores:iuſtos ⁊ iniſtos. ⁊ cuilibet creature rationali:dedit ⁊ dat angelū ſuum in cuſtodiaꝫ ⁊ gubernationem.ps. Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiāt te in omnibus vijs tuis. Si ergo deus gubernat:pſeruat ⁊ defendit minima: gubernat ⁊ defendit ſuos mortales inimicos: quāto magis gubernat ⁊ defendit religioſos q ſunt ſui filij:ſui amici: ſui ſecretarij: Religioſi pdicant ⁊ docent deum eſſe timēdū:honorandum: amandū:ſequēdū. Religioſi exēplo ⁊ doctrina pugnāt ꝯ mundū ꝯtra carnē:ꝯtra diabolū. Et qcquid boni fit in mundo religioſi ſunt cauſa. Propterea deus glorioſus eos defendit ⁊ gubernat dat eis āgelos ⁊ ſanctos diuerſos defenſores ⁊ patronos. Ordo noſter ſpecialem patronam ⁊ ptectricem habet ſuā glorioſiſſimam matrē. Ipa ſacratiſſima virgo apparuit cuidam fratri noſtro vt habetur in vitas fratrum.d. Et ſi de omnibus religioſis cura ſit mihi: tamē ſpecialiter impetraui a filio meo pro ſingulari priuilegio:habere curam ⁊ gubernationē huius religiōis: vt patet in multis locis in vitas fratrū noſtroꝝ. O felix religio que talē ac tantā mereris habere ptectricem. Similiter angeli defendunt hunc ordinem. Exēplum in vitas fratrū ordinis pdicatoꝝ habetur. Nā legiſta quidā bononienſis ciuis: intrauit ordinem:quē cum de domo carnales amici eius vellent violēter extrahere:timētibus fratribus ⁊ volētibus mittere ad quoſdā milites patronos vt defenderēt domū. ait.b. Dñicus. Nō indigemus auxilio militum:qꝛ ego plus q̄ꝫ ducentos angelos video circa eccleſiam:qui miſſi ſunt ad cuſtodiaꝫ fratrum. Receſſerunt ergo illi:nutu diuino territi ⁊ confuſi:⁊ nouitius ꝯſolatus permanſit. Gubernat etiā deus ipſos religioſos in cibo ⁊ potu: i veſtimētis: in calciamentis:i ſanitate:in īfirmitate: in domibus:in vijs:⁊ hec dormiēdo:ambulando:ſtando:vigilādo. Deꝰ defendit inquā eos:ꝯtra mūdum:contra carnē:contra tēptamēta diaboli. Defendit eos quo ad animā:in intellectu memoria ⁊ volūtate. Quo ad corpus ⁊ ſenſus exteriores:vt nō ſinat eos moueri nec operari aliquid illicitum ⁊ inhoneſtum: vt tandeꝫ victores ad optatam perueniant palmam. Unde Hiero.ad Demetriadeꝫ. Deus ſēper omnium rector ⁊ dominus cum omni āgeloꝝ milicia certamen tuū expectat:tibiqꝫ contra diabolū dimicanti:parat cer-

nitatis coronam ⁊ celeſte premiuꝫ incitamentum victorie facit. Huic tanto ſpectaculo: vide quem aīuꝫ: quā virtutē debeas offerre: ⁊ certaminis magnitudinē de expectantium diuturnitate metire. Hec ille. ⁊ ſic patet ſcḋa pars principalis.

T Ertio principaliter religionis cōſiderare debem⁹ electionem. Quelibet religio per catholicā ⁊ apoſtolicam eccleſiam approbata: ſacra vtiqꝫ eſt: ſancta ⁊ electiōe digna. Quapropter quācunqꝫ intraueritis: ſi eius regulam ⁊ ordinationes ſeruaueritis: proculdubio in ſtatu ſalutis erunt anime veſtre: ⁊ ita libere ⁊ libenter vos hortor: vt ad quā volueritis ingrediamini. Singulariter autē ad noſtrā magis inuito. Nam hec ſacra noſtra religio ē perfectiſſima ſanctiſſima ⁊ omni laude digniſſima. q̄d quinqꝫ euidētiſſimis rōnib⁹ oſndo.

¶ Primo ratione inſtitutiōis.

¶ Scḋo rōne deſtinationis.

¶ Tertio rōne pronunciationis.

¶ Quarto rōne impetrationis.

¶ Quinto ratione terminatiōis.

¶ Primo dico q̄ iſta religio eſt preſtantiſſima rōne inſtitutiōis. Et probatur ſic. Illa religio que p̄mo ⁊ principaliter eſſentialiter ⁊ nominaliter eſt inſtituta ad predicationes: confeſſiones ⁊ ſtudium ⁊ ſalutem animarum eſt preſtantior ⁊ ſublimior tenēs primum ⁊ ſummum gradū inter religiones. Tales enim actus cum ſint ſp̄uales ſunt digniores corporalib⁹: vt militare: ſeruire īfirmis: paſcere pauperes ⁊ huiuſmodi: q: anima ē dignior q̄ꝫ corpus: ſicut actus ē nobilior potentia: vt patet per phm̄ vij. ⁊ ix. metha. Et īter ſp̄uales dignius eſt p̄dicare ⁊ docere q̄ꝫ cōtemplari vel orare: quia nobilius eſt illuminare vel calefacere q̄ꝫ lucere: vel calidum eē ſm̄ Dionyſiuꝫ in libro de celeſti ierar. Et hoc triplici rōne. Primo q: agere eſt nobilius q̄ꝫ pati. vt patet in. iij. de aīa. Agere enim pertinet ad actū: pati vero ad potentiā vt habetur in. iij. v. vij. ⁊ viij. phyſi. Sed illuminare vel docere impoꝛtāt actionem. lucere autē paſſionē. Scḋo q: quanto aliqua virtus ſe extendit ad plura: tanto eſt maior vt habetur in libro de cauſis. Sed lucere ⁊ huiuſmodi ſe tm̄ extendūt ad relucentem. illuminare autem docere ⁊ huiuſmodi ſe extendunt ad rem lucentē ⁊ ad rem illuminataꝫ ⁊ docere ad ſcientem ⁊ diſcenteꝫ: q: vt dr̄ p̄mo Methaphy. i prohemio. Signū ſciētis eſt poſſe docere. Tertio q: dicit̄. iiij. methau. Tunc vnūquodqꝫ perfectum eſt:

qñ põt facere ſibi ſile. Sz docens facit alios doctos: nõ ãt hi cẽs tñ: ⁊ iter diuerſas doctrinas: docere ꝓpter ſalutẽ aiaꝝ ⁊ res diuinas: ẽ digni⁹: q̃z docere medicinas ad ſalutẽ corpis. Jõ docere ⁊ p̄dicare: que ptinẽt ad ſalutẽ aiaꝝ.i. ſacram paginã: ẽ nobiliſſim⁹ actus: ⁊ p ꝯſequẽs religio: que pmo ⁊ p̄ncipalr ordinaẜ ad p̄dicationes: ꝯfeſſiões. ⁊ hmõi eſt digniſſima. Et ſic pꝫ maior. Sz religio noſtra principalr eſſentialr ⁊ noialr ẽ iſtituta ad p̄dicationes ⁊ ꝯfeſſiões ꝓpter ſalutẽ aiaꝝ. Qd̓ ꝓbaẜ dupliciter. Primo diffinitione quid nois: q: ſola h religio noiaẜ religio p̄dicatoꝝ: vt pꝫ extra de electione.c. Cũ veteri. Extra de priuile. c. in his. Extra de exceſſib⁹ p̄latoꝝ.c. Nimis iniqua. ⁊.c. nimis praua. Et de religioſis domib⁹.c. Sane li.vi.ĩ clemẽtina. De ſepulturis.c. Dudũ. Inſup h religio: q: ãtiquior ẽ eius iſtitutio. Jõ por ẽ alijs mẽdicãtib⁹: vt dicit.d. Jo. andreas in caplis vbi.ſ. Et itez h ipſa religio prior nominatur: vt ſupra. Et extra de regularibus.c. nõ ſolum in titulo. Et extra de decimis.c. predicatoribus. libro. vi. Idem dicit dñs archidiacon⁹.c. prealegato. Et idem patet in omnibus bullis ⁊ priuilegijs apoſtolicis: ceteriſq̃z reſcriptꝭ q̃buſcũq̃z.

Inſup h religio: ceteris ẽ arctior. Nam dicit Petr⁹ de palude in .iiij. di. xxxix. Religio mendicantium eſt perfectior omni nõ mẽdicante. Vide.d. Johãnem dñici q dicit. Nõ ſolum carthuſienſes: ſed cuiuſcũq̃z ordinis fratres ad ordinem predicatoꝝ poſſunt tranſire: ẽ cõuerſo fratres predicatores: ad alioꝝ ordines nõ poſſunt trãſire. Jo. an. in.c. Sane. de regula. Cõſtitutiões eiꝫ predicatoꝝ vltra regulaꝫ ita arctãt eos: q vita eoꝝ eſt aſperior: q̃z vita monachorũ. Monaldus magnus canoniſta ⁊ theolog⁹ vt refert.d. Jo. dñici. dicit vidiſſe pariſius determinationem factã p doctores eiuſdem vniuerſitatis: q fratres carthuſienſes poſſunt trãſire ad ordinẽ p̄dicatoꝝ: regulariter viuẽtẽ de iure cõi. Refert inſuper. Joh. dñici ſe vidiſſe ꝯſiliũ.d. Frãciſci de zabarellis ⁊ cuiuſdam magni viri determinantium monachum.ſ. benedicti obſeruãtie laxioris poſſe trãſire ad ordinem predica. obſeruãtie arctioris. h.d. Anto. archiepiſcopus. ¶ Secũdo nuno: probatur diffinitione quid rei: q: in p̄ncipio conſtitutionũ huius religionis: ſic diffinitur. Ad hoc tamẽ in conuentu ſuo: prelatus diſpẽſandi cũ fratribus habeat ptãtem: cum ſibi videbiẜ expedire. In his pre

 

cipue que ſtudiū vel pꝛedicationē ⁊ animarum ſalutē videbūtur impedire: cū oꝛdo noſter ſpecialiter ob pꝛedicatiōē ab initio noſcatur inſtitutus fuiſſe. Et ſtudiū noſtrū ad hoc debeat pꝛincipaliter intendere: vt pꝛoximoꝝ animabus poſſimus vtiles eſſe. h ibi. Ibidem quoqꝫ mandatur: vt totū officiū breuiter ⁊ ſuccincte dicatur: vt ſtudium minime impediatur. Item ſedes apoſtolica confirmauit hāc religionem: que diceretur ⁊ eſſet oꝛdo pꝛedicatoꝛum. Ergo hec religio digna eſt ⁊ pſtantiſſima. Nec obſtat: ſi que alie religiones doceant ⁊ pꝛedicent. Hoc enim eſt non ex officio: ſed ex ſpeciali pꝛiuilegio. Ex officio enim hec ſola illud habet ſequens religionem chꝛiſti inſtitutam pꝛincipalr ab eo ad pꝛedicationis officium ⁊ animarū ſalutem. Unde apoſtolus Paulus apparens b. Dominico rome in eccleſia ſancti Petri oꝛanti pꝛo dilatatione oꝛdinis dedit ei librū dicens. Uade pꝛedica quoniam ad hoc a deo electus es. ¶ Secundo pꝛobatur huius religionis pꝛeſtantia ratione deſtinationis. ſanctus nāqꝫ Dominicus cum ſuo oꝛdine non a caſu aut a foꝛtuna inuentus eſt: vel humana pꝛudentia inſtitutus: ſed ſingulariter a tota ⁊ ſumma trinitate deſtinatus a patre quidē per potentiam. a filio p ſapientiā: a ſpū ſcō per gratiā ⁊ virtutum cōmunicationē. Mundus eni ante hui⁹ ſctiſſimi patriarche Dñici ⁊ ſui oꝛdis īſtitutionē: erat famelic⁹, aridus ⁊ ſitibundus. Iō trinitas ipa miſit. ſ. Dñicū ⁊ oꝛdinem īſtituit vt famelicos ſatiaret. Ná ſup illud. iij. Re. iiij. Regis pfecti: hic dicit glo. Nec qd deſit in domo regis: oꝛdo pdicatoꝛum: diſcurrendo ⁊ loquēdo laboꝛat: vt in menſa dñi abundet: vñ nutriantur fideles. h ibi. Quia vo mundus erat aridus: miſit de⁹ oꝛdinē pꝛedicatoꝛū vt aridos irrigaret. Uñ Ber. i ſmōe. ſ. Andree. Fluuius ē oꝛdo pdicatoꝝ: nō pmanēs in eodē loco: ſꝫ extēdens ſe ⁊ currēs: vt diuerſas irrigaret terras. h ille. Quia etiam erat ſitibūdus miſit de⁹ pdictū oꝛdinē vt ſitiētes inebꝛiaret. vñ ſup illud Canticoꝝ vmbilicus tu⁹ craf toꝛnatilis. dicit Augu. Quid p cratrē. niſi pdicatoꝝ oꝛdinē intelligimus: Qui nimiꝝ mētibus auditoꝝ celeſtis doctrine vinū ppinát eaſqꝫ inebꝛiát. Iſte eſt ille ſuus fideliſſimus. quē deus miſit. De quo Luc. xiiij. Miſit ſeruū hoꝛa cene dicere inuitatis vt venirēt. Super quo dicit Greg. in home. Hoꝛa cene finis ē ſeculi. hic i fine mittit ſu⁹ iſte. i. oꝛdo pdicatoꝝ ad inuitatos: perle

gētiū ꝛ ꝓphetas:vt repulſo faſti-
dio:ad guſtandū cenā ſe p̄pararent.hec ille. Propterea ſctā cantat eccleſia i officio patris Dñici. Mundū vocās ad agni nuptias hora cene pater familias. Seruū mittit ꝓmittens varias vite delicias. Ad hoc cōuiuiū tam ꝑmagnificū elegit nūciū .ſ. Dñicū. Iſido. quoqꝫ hyſpanus doctor ſolēniſſimus in ſuis poſtillis refert: q̄ fuit reuelatū cuidā ſancto heremite in oratione pſeueranti:ꝛ vox diuina ei facta ē a ſūmo celo:dicēs. Mitto famulū meū Dñicum ſūbi mei deuotū baiulū:verū predicatorē: inclytū:aplm:hoiem zelotipū:ad incredulor̄ duritiā:ꝛ hereticor̄ ꝑfidiā cōterendam. hec dñs deus. Hanc deſtinationē:manifeſtauit: pater oīps deus beatiſſime virgini Caterine de ſenis dicens. Ego hos duos filios genui. Unū naturalē ꝛ ab eterno.ſ.xpm. Aliū adoptiuū.ſ. Dñicum:qui in multis opationibus fuerūt ſimiles. Sicut enim filius meus naturalis in humanitate aſſumpta fuit mihi obediens vſqꝫ ad mortē crucis. Sic filius meus adoptiuus Dñicus viā mandator̄ meor̄. nunq̄ʒ trāſgrediens:in virginitate perpetua baptiſmalē grām:vſqꝫ ad vite terminū:inuiolabiliter pſeruauit. Et ſicut filius meus naturalis palam locutus eſt mundo teſtimoniū phibens veritati:ſic filius meus Dominicus:per ſe ꝛ ſucceſſores ſuos veritatē euangelicā:etiā inter hereticos inſtāuiſſime p̄dicauit:ꝛ p̄dicare nō deſinit: ꝓpterea ſingulari munere datum eſt ſibi veritatis lumen agnoſcere:nec ab ipſo aliquo mō deuiare. Itē ſicut tota vita filij mei naturalis: fuit doctrinalis ꝛ exēplaris ad alior̄ ſalutē ordinata:ſic filius meus Dñicus totus cū ſuo ordine doctrinalis ꝛ exemplaris eſt ad ſalutem aiar̄. Ad hūc.n.finē ꝯſtitutus ē:ꝓpter hoc in cunctis eis actibus modo filio perſimilis factus eſt.hꝫ deus pr̄.

¶ Tertio idē ꝓbaf rōne ꝓnūciationis. Anteq̄ʒ ordo iſte in mūdo eſſet.multi ſpiritu ꝓphētic illuminati ipm ꝓnūciauerunt:zacharias.n. ꝓpheta.c.vi. Uidit quattuor quadrigas. In prima erant equi rufi: per qḋ itelligit ordo martyr̄:q amore dī rubicundi ꝛ inflāmati: ſanguinē ꝓ fide poſuerūt. In ſecunda quadriga equi nigri:quib⁹ intelligūt ꝯfeſſores mortificati ꝛ penitenti pleni. In tertia erāt eq albi:qui ſūt apoſtoli:puritate mētis ꝛ corꝑe albi. In quarta q̄driga erant.qui.varij ꝛ fortes ꝑ qḋ ſm Greg.in bulla canonizatōis: beatiſſimi patris Dñici intelligit ordo nr̄ abitu ꝛ virtute varius.

Fortis aũt: qꝛ vniuerſaliter ⁊ con ſtāter pugnat ↄtra vitia: ↄtra he reticos ⁊ infideles: qua pp beat⁹ apoſtolus Petrus apparēs ſctō Dñico: dedit ei baculum: ad deſi gnandũ firmitatē ⁊ ↄſtantiam ſui ordinis. Sybilla etiam erithea de ordine noſtro plura pphetizauit. ꝑnūciās cū ſtellā fulgentē: Itē ꝑnunciatus eſt conſtantinopoli in eccleſia. ſ. Sophie: vbi habet ꝙ i eadē eccleſia eſt depictus. ſ. Dñi cus cū lilio in manu ⁊ habitu ꝑdi catoꝝ: iuxta quē eſt depictus ſan ctus Paulus apoſtolus. Et ſuper caput Dñici eſt ſcriptuꝫ. Bonus dñicus. Et ſup caput pauli. ſanct⁹ Paulus. Sub pedibus vero ſ. pauli erat ſcriptuꝫ: p iſtum itur ad xp̄m: ſub pedib⁹ aũt dñici erat ſcri ptum: ſed facilius per iſtũ. Et hoc inuentũ eſt p plures annos antē ꝙ̄ ordo noſter eſſet. Et quidā dicūt fuiſſe per quadringētos ānos añ. Inde aſſumptũ eſt: vt ſolus ſctūs Dñicus inter ↄfeſſores cū libro i manibus depingatur. Itē abbas Joachin ꝑnūciauit anteꝙ̄ ordo iſte eſſet in mundo. Fecit. n. depi gi beatũ Dñicum i eccleſia ſancti Marci venetijs: cū habitu albo ⁊ nigro: quo ipſe vſus eſt ⁊ nos vtimur. Qu ꝓpter ordo iſte ꝓ ſtans eſt: tot vaticinijs pſignitus ⁊ demonſtratus. ¶ Quarto ꝓba tur ordinē predicatoꝝ ꝓſtātiſſimū eſſe: rōne impetratōis. Mira res ⁊ inaudita a regina celoꝝ mře diz hic ordo impetratus eſt. Legitur enim in legēda ſancti Dñici ꝙ cū deus vellet deſtruere mundũ tri bus lanceis: precipue tria peccata que regnabāt in mundo. videlicet ꝓpter ſuperbiā: auariciā ⁊ luxu riā: beata virgo genu flexo impe trauit miſericordiā mũdo ꝓſentā do filio ſuo ſanctũ Dñicũ: qui cū ſuo ordine mundũ ad pñiam ⁊ ad xp̄m vocaturus erat. Inſup glo rioſiſſima mater dei: vt impetra tuꝫ ordinē amplius nobilitaret. ⁊ erga ip̄m ſpūalem ⁊ cordialē oñ deret amorē. habitum quem nūc ferimus porrexit. ſ. Dñico. necnō beato Regnaldo. ⁊ vt hunc in duerent precepit. dicens. Et iſte ē habitus ordinis tui. Apparuitqꝫ beata ꝟgo ſemel. b. Jordani i ora tione exiſtenti ⁊ dixit. Diligo qdē ſpāli amore ordinē tuum. Et inter alia. hoc quidē mihi pgratiſſimū ꝙ oīa que facitis ⁊ dicitis a lau de mea incipitis. ⁊ in ea finitis. vñ impetraui a filio meo. vt in ordie tuo null⁹ poſſit diu i mortali ꝑſiſte re. quin aut cito deꝑhendat. aut ci to peniteat. aut extra ꝓiciatur. ne ordinē meũ fedet. hi ibi. Quapro pter in tātoꝝ bñficioꝝ memoriā ordo noſter inſtituit. vt oī ſero p

ceſſionaliter cantaret. Salue regi
na. Que antiphona adeo eſt illi
gratiſſima vti quattuoꝛ ſigna ma
xime dilectõis ⁊ gratie ſingularis
oſtẽderit. Nã dum fratres canta-
rent dictã antiphonã ⁊ dicerent.
ſpes mea ſalue. ipſos dulciter reſa
lutabat. Et cũ dicerent. Eya ergo
aduocata nr̃a. ipſa ante filiũ ſe ꝓ-
ſternebat. ⁊ pꝛo fratribus oꝛabat.
Cumqꝫ ſubiungerent. Illos tuos
miſericoꝛdes oculos ad nos con
uerte. illa leto ⁊ colũbino vultu in
fratres reſpiciebat. poſt cũ canta-
rent. Et ieſum bñ. fru. ven. tui. no
bis poſt hoc exi. oñde. Ipſa in te-
nera etate geſtans filiũ ſuũ oĩbꝰ
⁊ ſingulis cũ multo gaudio oñde
bat. poſt vero ingreſſuꝫ choꝛi. fra
tres ipſi viderunt. b. virgineꝫ ſup
altare maius tenentẽ manũ filij. ⁊
bñdicentem fratres. H oĩa in vitis
fratrum noſtroꝝ. Sed dulcius ⁊
mirabilius refero. Semel gloꝛio
ſus Dñicus vidit beatiſſimã ꝟgi
nẽ in domitoꝛio aſpergẽtẽ ſingu-
los frẽs aqua bñdicta quã comi-
tabant due pulcherrime domicel
le. ſ. Catarina ⁊ Cecilia. ⁊ dixit.
Ego ſum illa que me ꝓſterno añ
filium. cũ dicitis. Eya ergo aduo
cata nr̃a. Et ecce paulo poſt rapꝰ
beatus Dñicus. vidit dñm ſeden
tem. ⁊ matrẽ eius virginẽ gloꝛio-
ſam. amictã capa coloꝛis ſeraphi.
Et cum omniũ oꝛdinum religio-
ſos ⁊ rligioſas in illa curia cõſpi
ceret: de oꝛdine vero ſuo: nullum
nullãq3 vidiſſet: doloꝛe ſummo: ⁊
lachꝛymis perfuſus: conſternatus
animo iacebat. Cui dominus di-
xit. Cur doles? Uis ne videre oꝛ-
dinis tui fratres? At ille. Hoc deſi
dero domine. Tunc chꝛiſtus: oꝛdi
nem tuũ matri mee cõmiſi. Et ma
ter anniente filio aperuit capam:
ſub qua vidit contẽplatoꝛ Domi
nicus: ſui oꝛdinis innumeraꝫ mul
titudinem fratrum bꝛachijs amo
ris virginis complexatã: ⁊ ſingu-
lariter ꝓtectã. O religio bñdicta.
O religio ſancta. O religio pſtã-
tiſſima: que nõ ſolum a deo pꝛede
ſtinata: ſed a mundi imperatrice ⁊
angeloꝝ domina impetrata: oſer
uata: ⁊ ſumme dilecta. ¶ Quinto
idem pꝛobat rõne terminationis.
Oꝛdo enim noſter habꝫ terminũ
⁊ finẽ oĩum dignitatum: ⁊ excellẽ
tiarũ ſancte matris eccleſie. Pꝛi-
ma autem dignitas eccleſie: ẽ ſan
ctoꝛum patriarchaꝝ: quoꝝ finis
⁊ terminus eſt patriarcha Domi
nicus ab eccleſia militante canoni
zatus ⁊ in ſanctoꝝ cathalogo aſcri
ptus. Hic patriarcha fuit pꝛimus
inſtitutoꝛ ⁊ dux huius religionis.
Secunda dignitas eccleſie: eſt ſan
ctoꝛum apoſtoloꝛum: quoꝛuꝫ finis
⁊ terminus fuit ſanctus Uincen-

tius de valentia. Hic nouꝰ apoſto
lus fuit: vt patet in principio ſue le
gende. Tertia dignitas eccleſie eſt
ſanctoꝝ martyꝝ. Cuius terminꝰ
⁊ finis extitit ſanctꝰ Petrus mar
tyr veronenſis. Hic glorioſus xp̄i
athleta: adhuc puerulus. ſ. etate: ſe
ptem annoꝝ habuit victoriā ꝯtra
parentes hereticos: ⁊ tandem ꝑ
dicatoꝝ ordinem ingreſſus pro fi
dei defenſione hereticoꝝ gladijs
occubuit. Quarta dignitas eccle
ſie: eſt ſanctoꝝ doctoꝝ: quorum fi
nis ⁊ terminus fuit. ſ. Tho. de aq
no. Is ob eius ſanctitatē eximiam
⁊ infuſam a deo eminentiſſimam
oium reꝝ cogitationē ⁊ ſcientiam
theologus ſumus. ſ. Doctor appel
latur. Quinta dignitas eccleſie eſt
ſanctaꝝ virginū: quaꝝ terminus
⁊ finis extitit admirabilis virgo
ſancta Catarina ſenēſis. Quā ob
excellentem eius puritatē coram
virgine glorioſa: ⁊ multis alijs ſan
ctis: ieſus xp̄s viſibiliter deſponſa
uit. Hoꝝ igit̄ ꝑfectōe ſanctoꝝ: fra
aliquid dicere. Cuius enim vel ſa-
xeum pectus: ille huius peccatri-
cis lachrymae ad exemplum peni
tendi nō emolliāt? Conſiderauit
nāq; quid fecit: ⁊ noluit modera-
ri quid faceret. Super ꝯuiuantes
ingreſſa ē: non iuſſa venit: inter
epulas lachrymas obtulit. Diſcite
quo dolore ardet: que inter epu-
las flere non erubeſcit. Sed ecce
q: turpitudinis ſue maculas aſpe
xit: lauanda ad fontē minime cu-
currit. Conuiuātes non erubuit.
Nam quia ſemetipſam grauiter
erubeſcebat intus nihil eſſe credi
dit: qd̄ verecundaret foris. Quid
igit miramur fratres? Mariam
venientem: an dñm ſuſcipientem?
Suſcipientem dicam an trahen-

tem: Dicam melius trahentem ⁊ ſuſcipientem. hec ille. quam ille concedat ⁊c̃.

¶ Feria ſcd̃a palmaꝝ. De inuidia. Sermo. xlviij.

Mundus totus poſt eum abijt. Joan. xij. Peruerſitas ac malignitas dyabolice inuidie: talis ac tanta eſt: ꝙ vniuerſum orbem miſerabili morte damnauit. teſtante ſcriptura Sap. ij. vbi ait. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Nec ſi cuiuſquã mentem intrauerit cunctarum virtutum: illum effici inimicum. Jõ Hiero. i epithaphio ſancte Paule. Semper virtutes perſequitur inuidia. Et Seneca ad Paulinũ. Inimica eſt ſemper alienis profectibus inuidia. Nõ etiam vitium maxime aſſimilat ſtatui infernali. Inquit enim Baſilius. Fugiamꝰ inuidiam obicem pietatis obſtaculum regni celeſtis: pignꝰ ⁊ primitias pene ꝑpetue. ꝓpter hãc obceca ti iudei xp̃m dñm iugiter ꝑſequebant. Vñ cõcitati contra xp̃m ꝑꝑ Lazari ſuſcitationem: non valentes ſufferre: ꝙ illum multitudo populi ſequeretur: ⁊ tantis miraculis coruſcaret: conuenerunt in vnum dicentes. Totus mundus poſt eũ abijt. Et quia tota ebdomada occupatur circa panẽ chriſti. Idcirco dimiſſis documentis euangelicis: de peccato inuidie predicabo. De qua tria videbimus.

¶ Primo diffinitionẽ.

¶ Secũdo malignationem.

¶ Tertio declarationem.

¶ Primo cõſiderare debemus inuidie diffinitioneꝫ. D. enim Albertus magnus in. ij. ſen. d. xxxv. Allegans Phm̃ in topicis ⁊ in ethicis pro declaratiõe huius materie ſic dicit. Eiuſdem moris eſt gaudere de bonis proximi: ⁊ triſtari de malis. Sed contra hunc bonum morem eſt inuidia: que eſt triſticia de bonis proximi: ⁊ gaudium de malis. Et Auguſtinus ſuper ps. dicit. Inuidia eſt odium felicitatis aliene. Remigius autẽ. Inuidia eſt dolor de alieno bono Sed Johan. damaſcenus in libro ſecundo ſuarum ſententiarum. Et D. ſ. in. xxij. q. xxxvi. ar. i. Et i queſtione de malo. q. x. ar. i. Inuidiaꝫ ſic diffinit. Inuidia eſt triſticia de alienis bonis. De bonis autem alienis vt ideꝫ Doc. ſ. dici poteſt eſſe triſticia duobus modis. Uno modo quando aliquis triſtatur de bono alieno inquantum imminet ſibi ex hoc periculum alicuius nocumenti. ſicut cum homo

triſtatur de exaltatione inimici ſui timens ne eu ledat. Et talis triſticia nõ eſt inuidia: ſed magis timoris effectus: vt Philoſophus dicit in .ij. Rhetorice. Alio modo bonũ alterius eſtimatur vt malũ proprium: inquantum eſt diminutiuũ proprie glorie vel excellẽtie. Et hoc mõ de bono alterius triſtatur inuidia. Et ideo precipue de illis bonis inuidẽt dolent ⁊ triſtantur: in quibus eſt gloria: ⁊ in quibus hoĩes amant honorari: ⁊ in opinione eſſe: vt philoſophus dicit i .ij. Rhetorice. Hac diffinitiõne premiſſa: queritur vtrũ inuidia ſit mortale peccatũ: Huic queſtioni reſpõdet .ſ. Tho. xxij. q. xxxvi. ar. iij. Et in queſt. de malo. q. x. di. ꝙ inuidia quũ eſt perfecta ſm deliberationez rõnis ⁊ boni notabilis ex genere ſuo eſt mortale. Et hoc declaratur triplici ratione.

¶ Primo quia eſt in ſpiritũſanctum peccatiua.

¶ Secundo quia eſt a ſummo deo auerſiua.

¶ Tertio quia eſt anime rationalis interfectiua.

¶ Primo inuidia eſt peccatũ mortale: quia eſt in ſpiritũſanctũ peccatiua. Qd ſic probat. Illud qd agit contra caritatẽ proximi eſt peccatiuũ in ſpiritũſanctum: quia impugnat ipaz caritatẽ: que eſt opus proprium .ſ.ſ. Sed inuidia agit ɔ caritatẽ proximi: ex hoc ꝙ eſt dolor ſiue triſticia boni ſui proximi. ergo eſt peccatiua in ſpiritumſanctũ. Sed illud qd eſt peccatiuũ in ſpiritũſanctum eſt peccatũ mortale. igitur inuidia eſt peccatũ mortale.

¶ Secũdo inuidia eſt peccatũ mortale: quia eſt a ſummo deo auerſiua: ſic. Quicũqz auertit ſe a bono incõmutabili: ⁊ conuertit ſe ad bonuz cõmutabile. i. ad creaturã peccat mortaliter. Sed inuidia eſt huiuſmodi. Nam inuidia ſpreto deo cõuertit ſe ad excellentiã boni temporalis: ⁊ vltra hoc facit oĩa iſta mala cõuertens ſe ad odiũ: ad ſuſurrationẽ: ad gaudiũ ⁊ exultatiõez aduerſitatũ proximi: ad triſticiã ⁊ afflictionem in proſperis: vt declarat Gregorius. xxxi. moral. ⁊ .ſ. Tho. vbi ſupra ⁊ Albertus in .ij. ſen. d. xxxv. Ergo inuidia eſt peccatũ mortale.

¶ Tertio iuidia occidit ſpũaliter aĩam priuãdo eã gratia ⁊ caritate que eſt vita ipſius aĩe: iuxta illud primo Jo. iij. Nos ſcimus quoniã trãſlati ſumus de morte ad vitam: quoniã diligimus fratres. Minor vero probatur per Job. c. v. vbi dicit. Paruulũ occidit inuidia. Et glo. ſuper illud ij. Cor. ij. Chriſti bonus odor [illegible] ſumus [illegible] ille vegetat diligẽtes: ⁊ necat inuidentes. Ex quibus concluditur: ꝙ inuidia ex quo interficit ⁊ occidit animã eſt peccatum mortale.

Ecūdo principalr conſiderare debe mus inuidie mali gnaitēz. Dicit. n. Phs in. ij. Ethi. Inuidia mox noīata ſonat aliqd mali. Jō eſt maligna. Et tante ma lignitatis eſt qō eſt.

Primo diabolo aſſimilatiua.

Secūdo ſui ipſius flagellatiua.

Tertio diuini iudicij experimentiua.

Prima malignitas inuidie dr diabolo aſſimilatiua. Dicit enim ſapia de diabolo. c. ij. Inuidia dia boli mors introiuit in orbē terraꝝ imitant eū qui ſunt ex parte illius hec ille. Uidēs. n. diabolus hoīez creatū ꝑ poſſidēda ſuperna felici tate: quā ipſe nondū adeptus erat ſed mox adepturus amiſerat: ſup bia ſua inuidēs tanto eius bono ꝛ glorie malicie ſagacitate: pcurauit oibus modis vt illa priuaret: ten tans eū: ꝛ inducēs ad iobediētiaz diuini mandati Et ſic quotidie in uidiam ſuggerendo: conat cari tatē fraternā diſſipare. Unde Jo hānes papa. xvi. q. ij. Uiſis dicit ſic. Conat naqꝫ ſupple verſutus hoſtis a principio ruine ſue eccl'ie vnitatē reſcindere: caritatē vulne rare: ſanctoꝝ opeꝝ dulcedinē in uidie felle inficere: ꝛ oibus modis genus humanū euertere ꝛ ptur bare. Dolet. n. ſatis ꝛ erubeſcit ca ritatē quā in celo nequit habere: hoīes ꝯſtātes ex lutea nr̄a tenere in terra. Un̄ opoꝛtet quantū fragi litati nr̄e ꝯcedit: vt oēs aditus no cēdi ei⁹ vſutie muniamur ne mors ingrediat ꝑ poꝛtas nr̄as. hec ille. Et Gregori⁹ in. v. mor'. dicit ſic. Quāuis ꝑ oē vitiū qō ꝑpetratur humano cordi antiq hoſtis virus infundat: i hac tñ neqtia: tota ſua viſcera ſerpēs ꝯcutit: ꝛ inprimen de malicie peſtē vomit. h ille. Eſt igit ꝯditio demonis: vt bonis alio rū inuideat. Un̄ iuid⁹ imitat hāc ꝯditōem diaboli: dolēs de alienis bonis. Eſt quoqꝫ ꝯditio oīum dā natoꝝ. Ait. n. ſ. Tho. i. iiij. ꝙ dāna ti vellent btām virginē ꝛ ceteros ſctōs dānari. Et ſi aliqs dānatus poſſꝫ ſaluari: qō eſt ipoſſibile: ipe ſolus vellet ſaluari. Ex hoc ſequit ꝙ ſicut caritas eſt ſignū bonoꝝ ꝛ ſaluādoꝝ Jo. xiij. Ecōtra inuidia ſit ſignū diabolice ꝛ infernal' dā natōis.

Scōa malignitas inuidie eſt ſui ipſius flagellatiua. Licet enim oē pctm̄ affligat ꝛ torqueat aiam ꝛ pūgat ꝯſciam. maxie āt in uidia. Dictū ē. n. ꝙ iuidia ē triſti cia. Ois aūt triſticia maxie ſpūal' torquet mentē. Propterea Iſid. libro differētiaꝝ ait. Inuidus aio medullr⁹ eſtuās a ſemetipo liuoris ꝑprij ſemꝑ exigit penas. Et Hie.

ad Aſellam de fictis amicis excla mat di. O inuidia primū ſui mor dax. Et ſocrates dicebat. Utinam inuidi in oībus ciuitatib⁹ oculos ⁊ aures haberēt: vt de oībus ꝓſe ctibus torquerent. Quot.n. ſunt hoīuʒ feliciū gaudia: tot ſunt inui dorꝫ gemit⁹. h ille. Uñ greciſm⁹. Inuid⁹ inuidia oburit intus ⁊ ex tra. Et Oratius. Inuidia ſiculi nō inuenere tyrāni maius tormentū. Hoc aūt aie ſuppliciū exteriora ēt demonſtrāt ſigna. Et Greg.i.ix. moꝝ. Cū deuictū cor liuoris putre do corrupit. ipſa quoqꝫ exteriora indicāt: qꝫ grauiter aīum veſania inſtigat. Color quippe pallore affi cit: oculi deprimunt: mēs accēdi tur: mēbra frigeſcunt: in cogitatio nibus ſcabies: in dētibus ſtridor. hec ille. Et.ſ. Cyprianus de inido ait. Huic vult⁹ minax toruus aſpe ctus: pallor i facie: i labijs tremor: ſtridor in dentibus: ꝟba rabida ⁊ effrenata ꝯuitia: ſi manus ad vio lentiā ꝓmpta. h ille. Qđ ē penit⁹ ꝯ naturā. Ait.n. Ari.i. Poli. Hō eſt aīal ſociale atqꝫ ciuile. Solita rius ꝟo eſt beſtia. Et.ix. Ethi. Hō eſt aīal politicum. Qđ ſonat beni uolētiam: cōicationem: affabilita tem: ⁊ dulcedinem: nō aſperitatē: non exacerbationem non maloꝝ exoptationeꝫ: ſicut maligniſſimus facit inuidus. Legit.n. de quodā rege: qui cuidam auaro ⁊ cuidam inuido conceſſit: vt munus dige rent: ita tamen ꝙ munus a primo electum alteri duplicaretur. Et cū differrent: precepit rex: vt inui dus peteret. Qui: petijt ſibi vnū oculum erui: vt ſocio ambo oculi eruerentur. Unde Cyprianus ſu per illud Gala. vi. Non inuicem inuidentes ait. zelus iſte modum non habet: permanens iugiter ſi ne fine cum alia ſecula finiantur. Quantoqꝫ ille cui inuidetur ſuc ceſſu meliori prefertur: tanto inui dus in maius incendium liuoris ignibus exardeſcit. h ille. Et Caſ ſianus inquit. Uſqꝫ adeo incura bilis eſt iſta inuidie pernicies: vt blandimentis exaſperetur: inflet obſequijs: muneribus terreatur. hec ille. Et Eccli.xiiij. Neqꝫ eſt oculus inuidi vel liuidi. Et enim inuidus per Hely figuratus ait primi Re.iij. vbi dicitur: ꝙ lucer nam domini videre non poterat donec extingueretur. Sic inuidus lumen.i. proſperitatem temporalē vel ſpiritualem: non poteſt clara mente videre: niſi extinctam. ideſt niſi ſubtractam: ⁊ tunc gaudet de malo talis perſone: ⁊ letatur: ubi la: ⁊ multis refert. Similis etiam eſt inuidia veſpertilioni. qđ quidē animal videre non poteſt lumen diei: ſed amat tenebras noctis. Sic

inuidi prospera hominum videre non possunt: sed mḡ aduersa de quibus gaudent: vbi dolere deberēt. Nocent etiam primo cum possunt diuersis modis detrahendo vel aliter nocendo. Inuidia īquit Hugo de .s. victore aufert mihi primū: ira meipm. Tantaqz est huius vitij malignitas vt nemini parcat. Nā nō pcit plātis: nō dñis: nō subditis: nō nobilibus: nō doctoribus: nō mercatoribus: nō parentibus: nō vicinis: nō clericis: nō sanctis: nō vitiosis. Quid dicā. Tante malignitatis est: q ea principes z sacerdotes xp̄m crucifixerunt. Unde Hiero. in epithaphio sancte Paule ait. Semper virtutes persequit inuidia. feriuntqz summos fulgura mōtes. Et enim oēs sancti emulos habuerūt. In paradiso quoqz serpens fuit: cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarū. Ipe quoqz dñs noster iesus xp̄s zelo est crucifixus. hec ille. Et Ualerius libro. iiij. ait. Nulla tam modesta felicitas est: que malignitatis dentes vitare possit. hec ille. Et hec est deniqz que hominē facit pditorem. Prouer. xxiij. Ne comedas cum hoīe inuido: z ne desideres cibos eius: qm̄ in similitudine arioli z coniectoris estimat qd ignorat. Comede z bibe dicit tibi: z mens eius non est tecum. H ille. ¶ Tertia malignitas inuidie est diuine vltionis experimentia. Et ad hoc vnum terribile sufficiat exemplū. Legitur enim in. iij. lib. Dyalogo. Gregorij q erant duo germani. s. Eutitius z Florentius in heremo deo seruientes. Eutiti9 magis litteratus z īdustrius: assumitur pro abbate cuiusdam abbatie: Florentius remāsit solus ī sua simplicitate rogans dominum: vt sibi aliquā societatem concederet. Qui dedit sibi vrsum: quem pro socio accepit z vt domesticū animal tractabat. Et ipse fecit vrsum pastorem: quarūdam ouicularum suarum: assignata hora: qua a pascuis ad ecclam reuerti debebat. s. hora comestionis: vt simul comederent. Uolat fama huius. Et discipuli Eutitij vidētes ipsum non huiusmodi miracula facere: inuidentes. vna die vrsum dormientē occiderunt: Florētius multum doluit. Eutitius visitat ipsum causa consolationis. At florentius dixit vel enunciando vel imprecando: q adhuc videret illos inuidos punitos. Et factū est ita. Nā oēs occisores vrsi facti sunt leprosi. Et p dolore mēbra sibi discerpebāt. Et ita perierūt. O igr inuidia maledictio: inimica oium virtuosorum. o fera

crudeliſſima. O ſeuiſſima rabies. Tu es illa qua primus āgelus effectus eſt ſerpens infernalis. Tu es illa: qua mors introiuit in orbē terrarum. Tu es que Adam exulē feciſti. Abel occidiſti. Romā depopulata es. Carthaginē deſtruxiſti. Troiam deuaſtaſti. Tu es inuidia: qua filius virginis traditus eſt ⁊ clauis affix⁹. Tu in omni loco ſedē ponis. Inter prelatos regnas. Inter dn̄os triūphas. Inter equales ſeditionē ponis. Clericos ſtimulas: religioſos corrodis: multos etiā predicatores ī p̄cipitiū trahis. Per te guerre: bella: diſcordie: inimicitie: ſecte: odia: innumera oriunt̄ mala. Et iſto tpe totā Italiā in guerrā cōmouiſti. Hec eſt que ferociſſimū turchū: fidei chriſtiane inimicū: in Italiā deducit. O inuidia qd de te peius referā? Jam facta es mūdi domina: ⁊ in terreno principatu corona tenes. Ecce omnis tibi ſtatus ſubdit: oīs ſexus: oīs gradus: q̄ eos ad eternam trāſmittis dānationē.

Tertio principaliter ꝯſiderare debem⁹ inuidie declarationē: vt faciliori modo ꝯſcientias v̄ras in cōfeſſione purificare poſſitis: Duodecim.n. modis declaro inuidiā eſſe peccatū mortale. ¶ Primus modus dicit̄ ſuſurrationis. Suſurratio eſt filia inuidie: cuius finis eſt amicitiā ⁊ pacem ſeparare. ſm̄ .ſ. Doc. xxij. q. lxxiiij. ar. i ⁊ .d. Albertū magnum in .xxxvi.ij. ſen. que eſt peccatū mortale: ⁊ tā graue: vt excedat furtū: ꝯtumeliā ⁊ detractionē. Propterea deus ſuſurrones maledicit ⁊ deteſtat̄. Eccle. xxviij. Suſurro ⁊ bilinguis maledictus. Multos.n. turbauit pacē habentes: lingua tertia multos cōmouit. Ciuitates muratas diuitum deſtruxit: ⁊ domos magnatorū effodit. Virtutes populorū cōcidit ⁊ gentes fortes diſſoluit: lingua tertia mulieres viratas eiecit ⁊ p̄uauit illas laborib⁹ ſuis. Qui reſpicit illā nō habebit req̄uiē: nec habebit inimicū in quo requieſcat. Flagelli plaga liuorē facit: plaga aūt lingue cōminuet oſſa: hec ille. Et Prouer. viij. Arrogātiā ⁊ ſuperbiā ⁊ viā prauā: ⁊ os bilingue deteſtor. Et Proue. vi. Septimū qḋ deteſtat̄ dn̄s: eſt eū: q ponit inter frēs diſcordias. Cū ergo aliqs ē ſuſurro peccat mortalr. ¶ Secūdus modus dr̄ diſceſſionis ⁊ ſeparationis. Et he ſunt maledicte ciuitatū parcialitates: ex ipſa inidia originē trahētes. Dicit enim Auguſtin⁹ ſup Jo. c. vij. Liuor ſepat: charitas iungit. Et Hiero. ſup illo verſiculo. Laudate in tympa-

no ⁊ choro dicit. Ubi inuidia: ibi
chorus nõ eſt. i. ꝯcordia. Qui igit̃
inuidia motus: ſectas ⁊ ꝑcialitates
ſequit̃: mortal'r peccat. Tales eniꝫ
partiales: ſunt a deo: ab eccl'ia: ⁊
charitate fraterna oīs ſeparati: ⁊ dia
bolo ꝯiuncti: q̇ eſt fomes ⁊ princi
piũ ⁊ caput oīs ſecte: diſcordie ⁊
ꝑtialitatꝭ. xvi. q. ij. c. Uiſio. ¶ Ter
tius modus dr̃ odiatõis. ſm Gre
goriũ. xxxi. mora. ⁊ ſ. Tho. odiũ ē
filia inuidie: ⁊ eſt peccatũ mortale
maximũ: quo ad inordinationem
peccãtis ꝯ ꝓximuꝫ. ſm ipſũ doc.
.ſ. xxij. q. xxxiiij. ar. iiij. ⁊ p̄me. Jo.
ij. Qui odit frẽm ſuũ ī tenebris
eſt: ⁊ in tenebris ambulat ⁊ neſcit
quo vadat: q: tenebre obcecaue-
runt oculos eius. ¶ Quart⁹ mo
dus inuidie dr̃ ſpũalitatis. Cũ ali
q̇s dolet ⁊ triſtat̃ deliberata ratõe
de bonis ſpũalibus alioꝝ: vt puta
de hũilitate: bonitate: ſanctitate: ꝑ
dicatiõe: ꝯcurſu ꝯfeſſionis ⁊ mi-
raculis: mortal'r peccat. Hec fuit
inuidia illoꝝ de q̇bus dr̃. Act. iiij.
Loquẽtib⁹ aplis ad populũ ſup-
uenerunt ſacerdotes ⁊ magiſtrat⁹
tẽpli: ⁊ ſaducei: dolentes ꝙ doce-
rẽt populũ. ¶ Quint⁹ modus ī-
uidie dr̃ exultationis. ſm Grego.
⁊ ſ. Tho. in que. de malo. q. x. ar.
iij. Exultatio in aduerſis eſt filia ī-
uidie. Cum igit̃ aliq̇s gaudet de
malo vel de aduerſitate alicuius:
vel tẽporali vel ſpirituali ob inui-
diam: quã verſus illum habet: ⁊
illud malum quo gaudet eſt nota
bile: ⁊ de hoc cum ratione delibe
rata perpendit ſemper mortaliter
peccat. Si autem paruũ eſt malũ
tẽporale vel ſpirituale eſt veniale
ſm. do. Anto. ¶ Sextus modus
inuidie dr̃ fecundationis. Dicit. ſ.
Tho. in. xxij. q. xxxvi. ar. i. ꝙ puſil
lanimes ſunt maxime ĩuidi: vt pa
tet in mulieribus: que ſunt puſilla
nimiores viris. Cum igit̃ mulier
ſterilis: inuidet fecunde: dolens fe
cundaꝫ filios habere: ⁊ in hoc ab
illa excelli: mortaliter peccat: ſi ra
tiõe ꝯſentit. Idẽ ſi fecũda inuidet
fecũde: eo ꝙ vellet aliã in hoc bo
no prolis excedere: ⁊ eam filios
nõ habere. ¶ Septimus modus
inuidie dicitur honorationis. Di
cit. ſ. Tho. vbi ſupra. ꝙ ĩuidia ma
xime eſt de bonis ī q̇bus ē honor.
Cum igitur aliquis inuidet hono
ri vel dignitati: vel glorie alterius
cum eis dignus ſit. dolens ꝙ ille
habeat talem honorem vel digni
tatem: ſemper mortaliter peccat. ſi
aduertenter doleat vel contriſte-
tur. ¶ Octauus modus ĩuidie
antiquationis. Dicit enim Ariſt.
ij. Rhetorice ⁊ ſ. Tho. vbi ſupra
ꝙ antiqu⁹ ſiue ſenex ĩuidet iunio
ri. Cum igitur aliquis antiqu⁹ vel
ſenex dolet ⁊ triſtatur ꝙ aliq̇s ſit

iuuenis: qꝛ videt excedi a iuuene
in hoc bono. Ali ꝛ maliciose inui
det: ſemp peccat moꝛtaliter. Secꝰ
ſi vellet aliquē iuuenē eſſe ſenez:
vt iunioꝛ eſſet magis quietꝰ ꝛ mo
rigeratus. ¶ Nonꝰ modus īui-
die dr conſecutionis ſm .ſ. Doc.
vbi ſupra. ꝛ Phm. ij. Rhetoꝛice
Nō dolet alteꝝ cū paruis expen
ſis ꝯſequi illud: qd ipſe cū multis
ꝯſeqr. Cū igit aliqs in quacūqz
re multū expēdit: ꝛ videt aliū ī ea
dē vel ſimili re minus vel paꝝ ex
pēdere: ꝛ dolet ac triſtatur qꝫ ille
minoꝛi pcio vel paucioꝛibꝰ expen
ſis: eandē rē ꝯſeqr: qꝫ ipſe cum
maioꝛibꝰ expēſis. Ali vellet qꝫ cō
ſequeref: qꝫ ſibi videt in hoc ab
illo ſupari: vel ipꝛudētia vel i mō
acquirēdi ꝛ hmōi. ſemp ſic aduer
tēter dolēs: moꝛlr peccat. ¶ De
cimꝰ modus dr gloꝛiatiōis. Dicit
enī Grego. xxxi. moꝛa. Dū vana
gloꝛia: oppꝛeſſaꝫ mētē coꝛrūpit. ī-
uidiā mox gignit. Cū igit aliquis
vanagloꝛia ſtimulatꝰ: vidēs alioꝝ
pulchꝛitudinē vel audiens adoꝛ-
nationē alterius in domibꝰ: in ve
ſtibus: libꝛis: equis: in triūphis: in
ſplēdoꝛibus: in ceteris oꝛnamētis
dolet ac triſtat aduertēter: nolens
qꝫ alter eſſet ſibi par ī gloꝛia: pec-
cat moꝛtalr. ¶ Undecimꝰ modꝰ
inuidie dr peccatiōis. Cū qs dolet
ꝛ triſtat: qꝫ aliqs ꝯſequit ſuos ap
petitus circa quedā que ſunt pctā
moꝛtalia: dolet dicē ꝛ triſtat nō ra
tiōe peccati vel offenſe dei: aut ꝓ
ximi: ſed ob inuidiā quā ad illū hꝫ:
vt vidēs iuuenē habentē carnalē
amaſiā: dolet ob inuidiā ꝛ triſtat
nō ſe ſic poſſe facere: ſemp peccat
moꝛtaliter. Jō ait Salomō. Pꝛo
uer. xxiiij. Ne emuleris viros ma
los: nec deſideres eē cū eis: qꝛ ra-
pinas meditat mēs eoꝝ: ꝛ frau-
des labia eoꝝ loquunt. ¶ Duo-
decimꝰ modꝰ inuidie dr aſſimilatio
nis. Ait. n. Ariſt. ij. Rheto. Inui
debūt tales qbꝰ ſunt aliq ſiles: aut
ſm genus: aut ſm cogitatiōes: aut
ſm ſtaturā: aut ſm habitum: aut
ſm opinionē. hec ille. Et iteꝝ ī eo
dē libꝛo īquit. Nō ſile inuidet ſili:
in quātū vnus excedit aliū: aut fi
gulus figulo inuidet. Nō exponēs
.ſ. Tho. dicit qꝫ ſilitudo ꝑ ſe ē cau
ſa amoꝛis ꝛ beniuolētie: tū ꝑ acci
dēs: ſepiſſime ē cā maliuolētie ꝛ
inuidie. Et ſic itelligit Ariſto. Nō
ſile inuidet ſili. ſ. vel rōne lucri aut
fame ꝛ hmōi. Cū igit artifex do-
let de lucro: vel cōcurſu alterius:
aut mercatoꝛ de lucro: vl' opinio-
ne alterꝰ: vel doctoꝛ: aut ſcolaris
dolet de doctrina: vel de fama al-
terius: vel nobilis de nobilitate
alterius: miles dolet de milicia al
terius: foꝛtis de foꝛtitudine alterꝰ
aduocatus de aduocatione alte-

rius: notarius de notaria alteri⁹ ⁊ huiuſmodi: que ſolent accidere inter equales vel quaſi equales: vt dicit ſ. Tho. in. xxij. q. xxxvi. ar. i. ſemper iſte dolor vel triſticia aduertenter ē mortale peccatū: quia vellet inuidus talem illo notabili bono priuari. Veniale aūt inuidia eſt ſm. ſ. Doc. ⁊ d. Anto. quando quis triſtatur de bono alterius: qđ eſt paruum: etiā cum ꝯſenſu rationis. ſicut puer inuidet. ꝙ ſoci⁹ habet maiorem partē fructuum vel carnis ꝙ̄ ipſe. Scolaris triſtatur ꝙ ſocius bene cōponit latinum ē veniale. q: materia ſubiecta. non eſt ſufficiēs. ad cauſandū grauitatem mortalis culpe. Item eſt veniale quādo triſtatur quis de bono alterius etiam notabili. cū cōplacentia ſenſualitatis. nō tamen deliberata ratione conſentiens. Senſualitas enim vellet dolere. tamen ratio deliberate nō abſorbetur. ſic ē veniale. Sed tunc nullum eſt peccatum. quando perfectione expellitur inſurgens motus inuidie. ſed fit ad coronam victorie. Caue igitur o chriſtiane hoc vitiū. ex quo tot peccata. tot ſcelera ⁊ damnationes horribiles. tot tranſgreſſiones procedunt. Accipe verba ſancti Petri. prime. pe. ij. Deponentes oēm maliciā ⁊ omne dolum ⁊ ſimulationes ⁊ inuidias ⁊ omnes detractiones. ſicut modo geniti infantes rationabiles. ⁊ ſine dolo: lac cōcupiſcite: preſtante ieſu qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

¶ Feria tertia palmarum. De ira. Sermo. xlix.

Querebant ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribe: quō ieſum dolo tenerent ⁊ occiderent. Mat. xiiij.

Graue ſine dubio: ⁊ nō min⁹ periculoſum eſt iracūdie peccatum: ꝑ qđ homo ratiōe priuatur: ⁊ aīalibus ratione carentibus ſimilis effectus: ſemetipſum quādoqʒ varijs ⁊ diuerſis ꝑcipitat erroribus: niſi ꝙ̄totius ille reſiſtat. Unde Ambroſius primo de offi. Reſiſte ire ſi potes: quia ſcriptum eſt. date locum ire. primum ſedato animum. ſi non preualueris frenos imponere lingue tue. deinde reconciliationis ſtudium non permittas. hec ille. Et Ephe. quarto. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Dauid quoqʒ propheta Pſalmorum libro. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Sed iracundus lumine rationis priuatus. hoc ſalubri ſpreto conſilio. cupit nōnūquam perdere vitam. non ſolum proximi. ſed etiam ſi poſſet. more iudeorum quereret chriſtū inter-

ficere. Ideo dicunt aſſumpta verba. Querebãt quomodo ieſuz dolo tenerent ⁊ occiderent: que habentur in hodierno euãgelio. De ira igitur predicaturus hoc mane tria conſiderabimus.

¶ Primo diffinitionem.

¶ Scḋo malignationem.

¶ Tertio multiplicationem.

¶ Primo conſiderare debem⁹ ire diffinitionẽ. A pħo.n.naturali quis conſiderat motũ.ira diffinit in primo de anima ſic. Ira eſt accẽſio ſanguinis circa cor. Materia nãqz ire eſt ſanguis concitatus in parte ſenſitiua ebulliens circa cor: ⁊ inflãmans fel. Unde Joan. damaſcen⁹ in.ij.ſen.inquit. Ira ẽ accenſio ei⁹: qui circa cor ẽ ſanguis ex vaporatiõe fellis. Et in decretis de pe.di.iij.paragrapho.i. Ira ẽ concitati animi perturbatio. Pħo vero moralis: cõſiderãs viciũ prout eſt in genere moris ⁊ in rõne ac voluntate. iiij.ethycorũ irã ſic diffinit. Ira eſt appetitus vindicte. Cui diffinitioni concordat.d.Albertus in.ij.ſen.d.xxv.⁊.ſ.Doc.in xxij.q.clvij.ar.i. Et in.q.de malo. q.xij.ar.i. Et Caſſiodorus ſup pſ. Ira ẽ motus animi concitat⁹ ad penam prouocãs inferendam. Et Rabanus ſuper illud Mat.v. Qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio. Ira eſt omnis motus malus ad nocendum. Et Augu. Ira eſt triſtitia ex ipotẽtia vleiſcendi. Et hec ẽ ira vicioſa fundata ſuper inordinatũ ⁊ indebitũ appetitum vindicte. De qua Ari.vij.ethy. dicit: ꝙ lʒ audiat rõnẽ aliqualiter: vt enunciantem: q: iniuriatum eſt. nõ tamen totaliter audit: quia non obſeruat regulã rõnis in appetendo vel rependendo vindictam.ſ. neqꝫ quãtũ ad modum appetendi vindictã: neqꝫ quãtũ ad modũ iraſcendi. Sed hic venit querẽdũ vtrũ ira ſit peccatũ mortale. Huic queſtio rñdet dñs Albertus in.ij. ſen.di.xxv. Et.ſ. Doc. in.xxij.q. clviij.ar.iij. Et i.q.de malo.q.xij. ar.iij.ꝙ ira eſt peccatũ mortale: qđ triplici rõne declaro.

¶ Primo rõne annumeratiõis.

¶ Scḋo rõne priuationis.

¶ Tertio rõne damnationis.

¶ Primo rõne annumerationis ſm.d. Albertum.⁊.ſ.Doc. vt ſupra.⁊ Gre. Ira annumerat̃ inter capitalia vicia q̃ ſunt mortalia peccata.ergo ira ẽ peccatuꝫ mortale.

¶ Scḋo idẽ probat̃ rõne priuationis ſm.d.Albertũ ſic. Oẽ qđ tollit lumẽ ſpũale eſt peccatũ mortale. Nã ſm Damaſcenũ: peccatũ eſt tenebra ſpiritualis. Et conſtat eum loqui: nõ de peccato veniali: ſed mortali: quia peccatũ veniale non tollit lumen gratie. Sed

ira tollit lumē gratie. Ait.n. glo. ſu per illud. Supercecidit ignis ⁊ nō viderunt ſolē. Ira ipedit: ne ſplendeat ſol veritatis ⁊ iuſtitie: quod non fit niſi propter mortale. ergo ira eſt peccatū mortale. ¶ Tertio ira eſt peccatū mortale rōne dānationis. Nam ſm. ſ. Doc. nihil meretur damnationē eternā niſi peccatū mortale. Sed per peccatū ire homo meret dānationē eternam. Dicit eni; dñs Mat. v. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio. Ubi glo. dicit. q̄ p illa tria que ibi tanguntur. ſ. iudicium: concilium: ⁊ gehennam: diuerſe manſiones in eterna damnatione: pro modo peccati ſingulariter exprimuntur. ergo ira eſt peccatū mortale. Et ſic patet que ſit ire diffinitio ⁊ q̄ ſit peccatū mortale.

Secundo principaliter notare debemus ire malignationem. Triplex nāq; eſt malignatio ire.

¶ Prima ē itellect⁹ excecatiua.
¶ Scđa ē ppriȷ corporis corruptiua.
¶ Tertia ē ſpūs ſancti fugatiua.

¶ Prima malignitas ire ē intellect⁹ excecatiua. Pro cuiꝰ declaratiōe notādū: q̄ ſm phm in. ij. de aīa. Diſpoſitio corporalis multū cōfert operationibus mentis. Et in libro ſex pncipiorꝫ dr q̄ aīa cōiuncta corpori: cōplexiones ciꝰ imitatur. Inter alias autem diſpoſitiones corporis cōferētes operationi intellectuali eſt quies. Nam dr in. vij. phy. q̄ aīa ſedēs ⁊ quieſcens fit ſapiens. Cōtrariū autem quietis. ſ. motus ipedit operationē intellectiuā. Cū ergo ira: vt dictū ē in diffinitiōe ſit cōmotio generata a paſſionib⁹ triſtitie ⁊ deſideriȷ ⁊ ſit cōcitatio ⁊ ſanguinis accēſio: q̄ fit in pte corporis: ſeqtur q̄ ira impedit operationē intellectiuā: ⁊ ē pſecutrū virtutis obnubilans ⁊ obtenebrans rōnē. Vñ. ſ. Tho. in prima ſcđe. q. xlviij. ar iij. ait. Inter ceteras paſſiones iraſcibiles: ira magis impedit iudiciū ⁊ vſū rōnis. Et Seneca in prouerbiȷs ait. Ira crudelitatis mater eſt: ingenia recta debilitat. hec ille. Sicut enim obnubilato oculo corporis ipingit hinc inde: ita obnubilata rōne per irā cecat intellect⁹. Vñ cato. Ira ipedit aīm ne poſſit cernere verū. Et Tullius in oratiōe pro Marcello. Iracundia quoq; cōſilio inimica ē. Virgilius in. ij. eneydos. Furor iraq; mētē precipitāt. Propter hoc Gre. dicit. ⁊ regiſtrat. xi. q. iij. c. Illa: q̄ rector nō debet dare ſententiam cū eſt irat⁹: ſed tranquillitatem mentis expectare. Nā cōmotiōis tpe: iuſtū putat oē qd fe

cerit. Narrat.n.hyſtoria eccleſiaſtica: q Theodoſius imperator: et ſi deuotus: tn̄ audita morte cuiuſdā ſui militis: tumultu populi apud theſalonicā occiſi: ira ſuperatus fecit doloſe vocari populum ad feſtos ludos: vbi ad vindictam plures occidi iuſſit: pp quod a beato Ambroſio mediolani nō fuit permiſſus intrare eccleſiam. xi.q.iij.c. Cū apud. Et de Alexandro magno: legitur: q ira ſuccenſus: militem ſibi chariſſimū dictorem occidit. Sedata vero ira ſcelus perpēdēs doluit. Et ideo Saluſtius ſcribēs verba ceſaris in catilinario inquit. Oēs hoies patres. C. qui de rebus conſultāt: ab odio: amicitia: ira: atqz mīa vacuos eē decet. Haud facile animus verum puidet vbi iſta officiūt. hec ille. Excecato autem intellectu: alteratur et pturbatur voluntas: adeo q ſi totus mūdus filo teneretur: iratus frangeret: vt ſatiſfaceret ppzie ire: nemini parcens: de nullo curās. nō de prē. nō de mrē: de filijs. de vxore. de amicis: et qd̄ ē peius: nō de deo: nec de ſanctis. Vñ Prouer. xxvij. Ira nō habet mīam: neqz erumpens furor. Et puer. xvij. Expedit magis vrſe occurrere: raptis fetibus: qz fatuo: cōfidenti in ſua ſtultitia. glo i. iracundo. perturbata āt rōne et voluntate perturbantur et fugantur oēs virtutes. Vñ Grego. hanc malignitatē deſcribēs. v. moral. circa finē inquit. Quāta ſit iracūdie culpa pēſare poſſumus: p quā patiētia pditur vt qd quo ue ordie ſit agēdū: oīo neſciatur: q: nimirum itelligētie lucem ira ſubtrahit: cū mentē pmouēdo cōfundit. Per irā iuſtitia relinquitur q: dū pturbata mēs iuditiū ſine ratiōe exaſperatoē qd̄ furor ſuggerit: rectū putat. Per irā grā vite ſocialis āmittitur: q: qui ſe ex humana rōne nō tēperat: neceſſe ē vt beſtialiter viuat. Per irā manſuetudo amittitur: p irā cōcordia rūpitur. p irā lux veritatis emittitur. q: cū menti iracūde cōfuſiōis tenebras incutit. huic deus radiū ſue cognitionis abſcondit. hec ille. Et. ſ. Tho. xxij. q. clviij. ar. i. et ij. ait. q ira eſt ianua oīum viciorum inquātū. ſ. ipedit ptem rōnalē a q̄ originantur virtutes. Et illud ſuper pſa. xlvi inquit. Nihil hoiem extra ſe ita trahit ſicut ira.

¶ Scd̄a malignitas ire eſt, pp̄ij corpis corruptiua. Ira naqz corrūpit et diſſipat: et deſtruit corpus humanū. Dic. n. ſ. doc. prima ſcd̄e. q. xlviij. ar. i. q ira cauſat furorē ſanguinis: et ire furor ē amarus: q: ē ex felle: et aſſimilatur igni. Vñ Gre. in v. moral. Ira hō deuictus: ad aptam mox iſaniā ducitur: et vſqz ad ſuperficiem corpal' diſpoſitiōis ab intimo cogitationū fundamēto diſſipatur.

Nā ire ſue ſtimulis accenſiꝫ cor
palpitat: corpus tremit: lingua ſe
ꝑpedit: facies igneſcit: exaſperanť
oculi. nō recognoſcuntur noti: ore
qdē ſimonē format: ſꝫ ſenſus qd
loquať ignorat. In quo itaqꝫ iſte
ab arreptitijs lōge ē: qꝛ actiōis ſue
ꝯſci⁹ nō ē. Vñ plerūqꝫ fit: vt vſqꝫ
ad man⁹ lingua ꝓſiliat: ⁊ eo furor
mēbra in ictib⁹ exerceat: quo intus
ipaꝫ mēbrorū dñaꝫ mētē captiuaꝫ
tenet. hꝫ ille. Et ꝓp hoc iracūdus fi
gurať p demoniacū furētē: q veſti
mētis laceratis nudus incedebat.
hoīes vexabat: ī monumētis dor-
miebat. Mat. ix. Et vſqꝫ adeo
ira corrūpet: vt Eccle. xxx. dicatur.
zelus ⁊ furor minuūt diem. Et de
Silla ꝯſule romanorū. de ci. d. nar
rat Augu. Q̄ō pre ira cū turbulē
tiſſim⁹ eēt: fracta eſt ſibi vena ſan-
guinis i corpe: ⁊ ita interijt. O peſ-
ſimū viciū ⁊ oīno deteſtādū: quo
corpus: ſenſus: ⁊ vita ꝓpria corrū-
piť ⁊ vaſtať. ¶ Tertia malignitas
ire ē ſpūs ſancti fugatiua. Sedes
enī ⁊ loc⁹ ſpūs ſancti ē mēs pacifi
ca. ps. lxxv. In pace fact⁹ ē loc⁹ ei⁹.
Et Hiero. ad Cellātiā. Nihil ge-
ni⁹ ea mēte eē debet: q̄ i dei hitacu
lū ꝑparāda ē. Si aūt ſpūs ſctūs ira-
cūdiā ⁊ furorē ſenſerit, ꝓtin⁹ mētē
deſerit. Vñ Gre. Dū ira aīuꝫ pul-
ſat: ſcō ſpūi ſuā hitationem turbat.
Et ephe. iiij. Noli ꝯtriſtare ſpūm
ſcūꝫ. Nec mirū ſi ſpūs ſcūs dedi-
gnať ꝯſortiū iracūdi: nāqꝫ ēt hō talē
fugit ⁊ deteſtatur. Vñ ꝓuer. xxij.
Noli eē amic⁹ homini iracundo:
neqꝫ ambules cū viro furioſo: ne
forte diſcas ſemitas ei⁹: ⁊ ſumas
ſcādalum aīe tue. Et ꝓuer. xxvij.
Graue ē ſaxū: ⁊ onerosa ē arena.
ſꝫ ira ſtulti vtroqꝫ ē grauior. hꝫ ille.
Vñ G. c. v. moral. Per iraꝫ grā
vite social' āmittiť. Cū. n. iracun-
dus nō ſe rōne tēperet dign⁹ ē vt
abijciať a ꝯſortio hoīum: ⁊ ſolus
more ferarū ſilueſtriū viuat. Nec
inquā mirū ſi ſpūs ſcūs: aut hō cū
iracūdo nō pōt ꝯuenire: qꝛ nec ſi-
bi ipi cōuenit. Ait. n. Cato. Cōue
niet nulli qui ſecū diſſidet ipſe. Hic
qdē irat⁹ ꝯ ſeipꝫ ſolū frāgit vaſa:
cartas: ſeipꝫ ꝑcutit: ꝑſequitur ira
ſua muſcas: pulices: cattas ⁊ huiuſ
modi. Vñ legiť notabile exēplū ī
vitis patrū de q̄dā iracūdo: q cum
nō poſſet cū alijs ꝯuerſari ob ira-
cūdiā ſuā: demū acceſſit ad locū ſo
litariū: vt ſine ira viuēt. Sꝫ dū q̄-
dā die pro aq̄ iuiſſet ad fōtē: iple-
to vaſe ⁊ i terra poſito: caſu effuſa
ē aq̄ ⁊ vas ꝯuerſū. Sꝫ ira aliq̄li ꝑ-
mot⁹ iterū īpleuit vas: iterū ꝯuerſū ē.
Et ille furibundus: vas ipſum fre
git. Et ſic perpēdit: q nec cum ali
is: nec cū ſeipſo ſtare poterat pre ire
malignitate: q̄ ſpūs ſcti grā fugať.
Propterea dr ī vitis patrum. Si ira

cũctus mortuos suscitaret: deo nõ placet. Efficit insuper demonis habitaculum. Quapropter apostolus vt vitaret hic malus hospes dicebat Ephe.iiij. Sol nõ occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. O miser iracunde: expellis a te spiritũ sanctum ⁊ introducis inimicum diabolum. Expellis gratiã celestem: ⁊ introducis inimicũ infernalẽ: proicis ymaginem dei: ⁊ facis te sedile diaboli. O peior diabolo q nõ fuit ausus precipitare xp̃m ex templi pinaculo. Mat.iiij. Sꝫ iudei irati voluerunt ipsum mundi saluatorem ex monte precipitare: vt habet. Luc.iiij. Quapropter nõ inmerito tales iracundi: acriter a summo deo puniunt. Hoc attestant exẽpla: hoc auctoritates tam scripturales q̃ꝫ morales. Audi exẽplũ memoria dignum. Refert Cesarius: q puella quedam diuitum parentum filia: ita iracũda fuit: vt vbicunqꝫ esset: semper iram ⁊ rixas concitaret: ⁊ beatuꝫ se putabat qui flagellũ lingue sue euadere poterat. Tandem defuncta est: ⁊ in atrio ecclesie sepulta. Mane autem ad ecclesiã venientes: viderunt tũbam eius quasi fumum eructuantẽ. Qui territi: tũbam aperientes: ⁊ terram eicientes: medietatem corporis sui: vsqꝫ ad vmbilicum consumptaꝫ igne inuenerunt: alia parte inferiori integra remanente. Virgo erat: sed ex iracundia terribiliter ⁊ apparenter fuit punita. Vitanda igitur oĩno est tanta ire malignitas: ad qd̃ nos sacra scriptura multipliciter inducit. Job.xxxvi. Dic.n.gen.xlv. Ne irascamini in via vt aliquẽꝫ opprimas. Eccle.vij. Ne sis velox ad irascẽduꝫ. Eccle.xi. Aufer iram a corde tuo. Jacobi primo. Sit omnis hõ velox ad audiendum. Tardus autẽ ad loquẽdum: ⁊ tardus ad iram. Ro.xij. Nõ vosmetipsos defendentes carissimi: sed date locuꝫ ire. Et Grego.v.mora. inquit. Curandũ summopere est: ne ira que pro instrumẽto virtutis sumitur: menti dominet. sed velut ancilla ad obsequiũ preparata: a rationis tergo: nunq̃ꝫ discedat: hec ille. Ad cuius ꝯfirmationem recitat Valerius maximus ⁊ Hiero. q Archita tarentinus: cum villicus suus ipsuꝫ offendisset. Sumpsisseꝫ iquit a te suppliciuꝫ: nisi tibi iratus fuisseꝫ. Maluit enim crimẽ impunitum dimittere: q̃ꝫ ꝓsequi motuꝫ ire. Plato quoqꝫ cum aduersus sui serui delictum exarsisset: veritus ne vindicte modum excederet: castigationis arbitrium alteri demandauit. Ex quibus dicendum est ⁊

proclamandū: q ira eſt tam maligna: vt intellectū obnubilet: vt proprium corpus corrumpat: vt ſpiritum ſanctum ab anima auferat: vt diaboli ſocium faciat: vt acriter a deo puniatur: & ſcripture & gentilium exempla ipſam deteſtent. Et ſic patet ſecunda pars principalis vitij malignissime ire.

Tertio vt tuā cōſciētiā melius poſſis i cōfeſſione purgare: principaliter ire ꝯſiderare debem⁹ multiplicationem. Duodecim. n. modis multiplicat ira mortalis. ¶ Prim⁹ modus dr̄ blaſſemati uus. Cū irat⁹ blaſſemat deū: ſanctos aut ſanctas: vel fidē & baptiſmū: eccleſiā & hmōi ſacra: ſemper peccat mortaliter: dū perpēdit ſe blaſſemare. Nec excuſat: q ex ſubita ira hoc facit: vel ex more: ſicut nec excuſaretur ab homicidio: & conſequenter a pena mortis: ſi qs ex impetu nec hoc ageret. Leuit. xxiiij. Nō q maledixerit deo ſuo: portabit pctm̄ ſuum. Et ps. xxxvi. Maledicētes eis: deo diſperibūt. ¶ Scōs modus ire dr̄ maledictiuus. Cū irat⁹ maledicit aliquē aio deliberato ex liuore vindicte: optādo ei aliqđ malū notabile nō niſi in malū. puta dicit. mors occidat te: talis vel talis infirmitas tibi accidat: peſtis vel febris: vel ieiſa ſit tibi man⁹ vel pes frāgat: vel diabolus hēat aiam tuam & hmōi ſemp ē pctm̄ mortale. Idē cū maledicit aiab⁹ parētū ſuoꝝ viuoꝝ vel defunctoꝝ: aut alioꝝ hoīum. Cū maledicit dn̄is aut platis. Cū maledicit diabolū nō rōne culpe: ſʒ in deteſtatiōeʒ creatoris. Idē cuʒ ſeipſʒ maledixit ex ipatiētia: optando diuerſa mala notabilia. Cum maledicit creaturas irrōnales ex maliuolētia. ſ. in ordie ad poſſeſſorē ei⁹: vt ſic ex carētia illi⁹ creature pxim⁹ dānificet notabiliter: vt per mortē equi: bouis ruinam domus: poſſeſſionis: mercātie & huiuſmodi eſt mortale. Idē cū maledicit creaturā irrōnaleʒ ad creatorem referēdo iniqʒtum. ſ. eſt creatura dei: q: eſt pctm̄ blaſphemie. Vñ & mortale. Hoc eſt. n. deteſtari deū in ope ſuo. Et de hac intelligitur dictū apli. i. Cor. vi. Neqʒ maledici regnum dei poſſidebūt. Si aūt nō deſiderauit mala ſm rationē: ſed ex ſubito motu ire: cui⁹ ſignū eſt: q ſi hoc ꝯtingeret valde doleret. eſt veniale: vl' cā correctōnis: vt talis terreatur: ſicut quotidie faciūt parētes erga filios: magiſtri erga diſcipulos: & dn̄i erga ſuos: q tn̄ nō optāt illis illa mala: vt eis eueniāt: & h ſm. ſ. Tho. Sʒ ſi qs ex inſtinctu ſpūſſancti aliquē

maledicit nõ est pctm̃ ƀm.ſ.Doc. xxij.q.lxxvi. ¶ Terti⁹ modus ire dei ↄtumeliatiu⁹. Cõtũelia.n.ẽ vt ait.ſ.Doc.xxij.q.lxxij.ar.i.Dice/re id qđ eſt ↄ honorẽ alicui⁹ ĩ noti ciã ei⁹ ꝛ alioꝝ. Qđ fit principalr p ṽba in ei⁹ pñtia. Cũ igit iratus ṽſus aliquẽ nõ aĩo corrigendi aut ſolaciãdi: ſed aĩo iniuriãdi ꝛ ĩho/norãdi: deliberate ꝓfert ṽba ipor tantia vitia vel opprobria peccat mortalr: vt dicẽdo q̄ eſt ſur: ꝓdi/tor: vſurarius: leno: ſodomita: me retrix: hereticus: illegitim⁹: cornut⁹ vxor tua tibi poſuit cornua. filia tua eſt meretrix. cec⁹. claud⁹. ſigna tus a deo. vilan⁹. ꝑtialis. ſuſurro. ꝛ his ſilia ṽba ĩportãtia magnũ vi/tupiũ ƀm illã pñtaꝫ. Jdẽ cũ cã iniu riãdi iꝓperat de culpa ꝑterita. pu ta dicens. tu fuiſti latro. maiores tui fuerũt ꝓditores. vilani ꝛ hmõi. vñ xp̃s Mat.v. Qui dixerũt fri ſuo fatue. qđ ptinet ad ↄtumeliã. reus erit gehẽne ignis. Et aplš. Ro.i. enumerat ↄtumeliã inter pctã ꝓ q bus daẽ eĩ na dãnatio. Et.ij.q.vij. c. Qua ſ.ait clemẽs. Dãnatõe ſut digni: qui prib⁹ legatõe dei fungẽ tib⁹ ↄtumeliã inferũt. Et q dixit ta lia ṽba iiurioſa ƀꝫ.d.Anto.teneẽ ĩpetere veniã ei cui dixit: maxime ſi nõ eſt ei ſubdit⁹: ꝛ ſi cõmode pt. Si vis latius videre lege ſũmam d.Anto. tractatu de ira.ꝛ.xxij.ſ. Doc.q.lxxij. ¶ Quart⁹ modus ire dr̃ rixatiu⁹. Rixa.n.ƀm Aug. ꝛ.d.Alber.in.ij.ſen. Eſt qñ ex ira inuicẽ aliq ſe ꝑcutiũt: qꝛ ꝓprie cõ rixari ẽ aproꝝ qñ dẽtib⁹ ſeinuicẽ ſecãt: ſicut etiã ſeinuicẽ hoies ſecãt ṽbo vel factõ. Cũ ergo irat⁹ ꝑcut/tit aĩo nocẽdi: vel iniuriandi: vt in dultis ẽ mortale: ĩ incipiẽte ƀm.ſ. Doc.xxij.q.xli.ar.i. Sꝫ in defen/dẽte ſe: nullũ eſt pctm̃: niſi ex odio vel nimis ſe defenderet ƀꝫ ṽo.d. Anto.nõ ẽ mortale ſi ſe aliqui per cutiũt cã exercitij: vt pueri faciũt. Cõtra rixoſos ait aplš Gala.v. Si inuicẽ mordetĳ ꝛ comeditis vi dete ne ab inuicem cõſumamini. ¶ Quint⁹ mod⁹ ire dr̃ ꝑliatiu⁹. Ad iuſtũ.n.bellũ tria requiruñ. ƀꝫ.ſ.doc.xxij.q.xlvi.ar.i.ꝛ.q.lxvi. ar.viij. vꝫ auctoritas principis: iu ſta cã: ꝛ intentio recta: Secus aũt ſi fit: eſt ſemp peccatũ mortale. Et qui dat iniuſto bello auxilium: cõ/ſilium: vel fauorẽ: mortalr peccat. Et tales mouentes ꝛ fauentes te/neñ ad reſtitutionẽ. Sꝫ qñ fiẽt h caritatiui. ¶ Sextus modus dicĩ tur partialiatiuus. Nam partiali/tas que ex ſeditione oriẽ. ƀm.ſ.do/cto.in.xxij.q.xlij.ar.i. eſt mutua ĩ/pugnatio inter partes multitudĩs vel preparatio ad pugnandum. Et opponiẽ vnitati. Et deſe ſem/per eſt peccatum mortale. Nã ꝛ

ſm.d.Anto.in eo qui iniuſte mo
uet ſeditionem ⁊ in omnibus ſe-
quacibus eius: eſt peccatum mor
tale: ⁊ tenetur de omnibus dānis
inde ſecutis alteri parti. Qui aūt
reſiſtit iniuſte ſeditioni: ratione bo
ni pacis ⁊ defenſionis: non ex vin
dicta aut odio nō peccat: licet ſi al
teri parti ſequeret multa mala ⁊
pericula: cedendum eſſet. Cū etiā
partialis: guelphus aut gibelinus
ſtroneicus aut zamberlanus: qui
vincentie ſic vocantur: ita obſtina
to vel partiali animo: appeni ex-
terminiū alterius partis: exiliū vl'
dānū ꝑpharū ⁊ nephas: paratus
etiā in malis ſequi partē ſuā: nō ē
ſine mortali peccato: ⁊ eſt in malo
ſtatu: lȝ bn̄ amicos adiuuare ei bua-
tis modis debitis: ſȝ ſeditioſe nūꝙ̄
Vn̄ apl's.ij. Co:.xij. Ne forte cō
tētiones ⁊ ſeditōes ſint inter vos.
¶ Septim⁹ mod⁹ ire dr̄ idignati
uus ſȝ.d.Albertū ī.ij. ſen.d.xxxv.
Indignatio eſt ire ſignū.ſ. ſubtra
ctio beniuolentie: que debet proxi
mo. Et ſm do. Anto. qn̄ quis etiā
offenſus ita euitat aliquē: vt nolit
parcere: ⁊ ex indignatiōe quā te-
net ꝯ ipſuȝ: nō vult ſecū loqui: pec-
cat mortaliter. Et alibi dicit. Si in-
dignatus cōtra aliquē non valēs
eum videre nec audire: reputās in
dignū ꝙ ſibi diſplicuerit: cū debue
rit ſeruire potius: cōiter eſt venia
le. Et ſi propter hoc retinet ſibi lo
quelā: vel alia ſigna oſtendit diſpli
centie: que auferenda ſunt: ad tollē
dū ſcandalū proximoꝝ ⁊ opinio-
nē odij: poſſet eē mortale: non ta-
men tenet ſecum domeſtice con-
uerſari ſi nō vult. Et cum ille qui
iniuriā fecit petit veniā: iniuriatus
tenet ſibi reconciliari: loqui ⁊ īn-
dere ⁊ humiliationē acceptare: nō
negādo illos act⁹ qui cōiter fiunt
inter perſonas. Vn̄ Apo. colo.iij.
Deponite ⁊ vos oīa. irā. indigna
tionē. blaſſemiā. turpē ſermonem
de ore veſtro. ¶ Octau⁹ modus
dr̄ tumefactiuus. Tumor enim vt
ait dn̄s Albert⁹ in.ij. ſen.di.xxxv.
Procedit ab ira que eſt in corde:
qn̄.ſ. elata mēs indignum reputat
talia ſuſtinere: ſine vindicta. Ideo
ſm dominum Anto. Cum quis
excogitat diuerſas vias ⁊ modos
vindicte erga aliquem: ⁊ talibus
cogitationibus ⁊ deſiderijs replet
mentē intendēs malū notabile vl'
damnū illius qui fecit iniuriam:
vt ire ſatiſfaciat. aduertenter hu-
iuſmodi cogitationibus conſenti-
ens: eſt peccatum mortale. Idem
vt ſatiſfaciat ire ſue quando vel-
let ꝙ deus faceret vindictam ⁊
non homo. Talis enim vt ait Au
guſtinus vellet deum carnificem
eē ſuū. i. manegoldum. De aīa tu-
mēte dr̄ Weſter. vltio. c. qui in tn̄

arrogantie tumore ſublatus eſt: vt regno nos priuare niteretur ⁊ ſpiritu. ¶ Nonus modus ire dicitur clamatiu⁹. Clamor ſm .d. Albertum: vbi ſupra ex ira oritur: qn̄ p iracundiam ſubſanãdo maledictũ profert in ꝓximũ cum clamore ⁊ ſubſanatione. Et .ſ. Tho. in prima ſcḋe. q. xlviij. ar. iiij. ait. Clamor irrationalis eſt ire ſignum: quia clamor eſt filia ire. Et .d. Anto. dicit ꝙ grauitas talis clamoris confuſi ⁊ inordinati iudicatur ſm irã. a qua clamor ⁊ confuſa locutio procedũt mortalis vel venialis: aut ſm ſcandalũ: qḋ daretur audientibus mai⁹ vel minus. Et ꝙ ſit mortale oſtendit xp̄s Mat. v. Qui dixerit fratri ſuo racha: reus erit ↄcilio. Racha eſt vox confuſa ab ira procedens. De hoc clamore ait Salomon. Prouer. ix. Mulier ſtulta ⁊ clamoſa plena illecebris: ⁊ nihil oīo ſciens. ſedet ī foribus domus ſue. ¶ Decimus modus dicitur amiſſiuus. Cũ iratus ex q̃uis cauſa cõtra aliquem ita turbatur vt penitus amittat caritatẽ erga illũ. Ita vt ſi videret ipſm ī extrema neceſſitate non adiuuaret: peccat mortaliter. Dicit ille ſel vedeſſe anegar non lo adiutaria. Qḋ eſt ↄtra apoſtolum Petrũ prime pe. iij. Eſtote cõpatientes: fraternitatis amatores: miſericordes. ¶ Undecim⁹ modus eſt deſideratiu⁹. Sunt nõnulli qui nõ appetũt ipſi vindictã facere. ſed vellent ꝙ iniuriantes punirentur: ꝓpter defectũ vel culpam: aut illatã iniuriã ſibi vel alteri a iudice vel ab eo q̄ iuſte poteſt ſed pluſq̃ʒ mereatur culpa vel defectus notabiliter: aīo deliberato: peccant mortaliter: ⁊ quotieſcunqʒ illud deſiderãt. Idẽ cũ quis iratus ↄtra aliquẽ vellet eũ puniri quantum meretur ⁊ nõ plus: ſed nõ zelo iuſticie hoc deſiderat ſeu correctionis: ſed vt ſatiſfaciat ire. mortalr peccat. Hec ſunt vitioſa deſideria Apl's ad titũ .iij. ait. Eramus eniʒ aliquãdo ⁊ nos inſipientes: increduli: errantes: ſeruientes deſiderijs ⁊ voluptatibus varijs: in malicia ⁊ inuidia agentes: odibiles: odientes inuicẽ. ¶ Duodecimus modus ire dicitur impeditiu⁹. Ut enim dicit Ariſto. ij. Rheto. impedire aliquẽ ne ↄſequatur voluntatẽ ſuaʒ eſt cauſa ire: ideo impeditus qui ↄ impedientẽ naſcitur: modo ſepi⁹ declarato peccat mortalr: vt iuuenis correctus ⁊ detentus ne vagizet: ne diſcurrat: ne vanitates ferat: ne corriget. Filius hoc mõ ↄtra prẽʒ: famulus ⁊ famula ↄ dñm ⁊ cõtra dñam. populus ↄtra p̄dicatoreʒ ⁊ huiuſmõi turbantur. Aliq̄ dicunt li vegna el caca ſangue. Uellẽ ꝙ haberet baſtonatas: febr: coriſamias:

 

⁊ huiuſmodi mala notabilia: aio deliberato: ſemp̄ eſt pc̃m̃ mortale. Hoc eſt qđ inquit Terẽtius. Obſequiũ amicos veritas odiũ parit. Ira aũt eſt pc̃m̃ veniale: qñ velle videre paruã punitiõem illius cõtra quẽ eſt turbatus ⁊ iratus etiã deliberato aio: vt p capillos pueꝝ trahere: vel alapã ei dare: vel palmatã ⁊ huiuſmõi: pp offenſã ſibi factã. Item eſt veniale qñ inſurgit motus ire: ⁊ videt̄ q̄s optare vel velle facere malũ alteri: tñ rõ non ꝯſentit: ⁊ in ſignum huius doleret ſi accideret: hoc cõiter eſt veniale. Itẽ eſt veniale qñ iratus facit paruum exceſſum in voce vel geſtib⁹. Et hoc ſolet accidere in patribus ⁊ mrĩbus familias: tñ ſi turbant̄ ⁊ puniunt ⁊ clamãt qñ faciendũ eſt p punitione vel correctione deſectuũ filioꝝ: vxoꝝ: famuloꝝ: ⁊ huiuſmodi: põt eẽ ſine peccato ⁊ cũ merito. Chriſo. ſup̄ Mat. Iracundia cũ cauſa non eſt iracundia: ſed iudiciũ. Idẽ ibidẽ. Qui cũ cã nõ iraſcitur peccat. Pacientia. n. irrationalis vitia ſeminat: negligentiã nutrit: ⁊ nõ ſolũ malos: ſed etiã bonos inuitat ad malum. Ecce ergo grauatõem huius nephãdi ſceleris: a quo debemus cauere: ⁊ eſſe pij: paciẽtes: ⁊ humani paciñci ⁊ leues: vt dicit apoſtol⁹ Ephe. iiij. Ois ira ⁊ indignatio tollat̄ a vobis: pſtante deo pacis amatore: q eſt glorioſus in ſecula. Amẽ.

¶ Feria. iiij. palmaꝝ. De ſacrilegio. Sermo. quinqageſim⁹.

I [illegible] ſatha-nas in Juda. Luc. xxij. [illegible] plura facinus [illegible] de peccatorib⁹: [illegible] pcipuũ ⁊ quidẽ abhominãdũ fuit .ſ. ſacrilegium. Nã xp̄ni magiſtrũ ⁊ redẽptorem ſuũ manu ſacrilega tetigit: ⁊ ore ſacrilego deoſculatus eſt. Huic infeliciſſimo aſſimilatur miſerrimus xp̄ianus: qui ſacrilegij vitio deprauatus ac corruptus reos xp̄i ſacras ſpurciſſimis manibus ꝯtrectare nõ deſiuit. Hic ẽ d̄ numero illoꝝ de quibus ait ap̄ls. Rurſum in ſemetipſis crucifigentes filiũ dei. In hunc intrat ſathanas: ⁊ aiam eius duriſſimis legibus poſſidet: a quo captiuus detinetur: ⁊ tandẽ in inferno ſuſpendit̄. De ſacrilegio ergo ait thema pꝛeaſſumptũ. Intrauit aũt ſathanas in iudam. De quo ſacrilegio tria hoc mane ꝯſiderabim⁹.

¶ Primo ſacrilegij diffinitionẽ.
¶ Scdo ſacrilegij malignatõem.
¶ Tertio ſacrilegij ſpecificatõe.
¶ Primo ſacrilegij notare debemus diffinitionẽ. ſ. n. Doc. xij. q. lxxxix. ar. Palmo ſacrilegium ſic diffinit di. Sacrilegiũ eſt oẽ illud

qd ſit ad irreuerētiā rei ſacre. raymūd⁹. Vo. Sacrilegiuʒ ē ſacre rei violatio. vel eiuſdem vſurpatio. Bern. dic̄ Sacrilegiū q̄ſi ſacrilediū. i. ſacra ledēs. vel ſacra legens .i. furās vel diripiēs. Iſid. i libro Ethymo. ſic affinit Sacrilegiū dr̄ ab eo ꝙ ſacra legit. i. furat̄. h̄ ille. vbi q̄rūt theologi. vtrū ſacrilegiū ſit pctm̄ mortale. Rūdeo ſm doctrinā Doc. ſ. xxij. vbi ſupra in diuerſis locis. ⁊ dico ꝙ ſacrilegium ſ̄ʒ ſuū eē formale ⁊ ↄpletū ē pctm̄ mortale qd triplici rōe declaro.

¶ Primo rōne oppoſitionis.

¶ Secdo rōne decapitationis.

¶ Tertio rōne ſupationis.

¶ Primo dico ſacrilegiū eē peccatū mortale rōe oppoſitōis. Pro cui⁹ declaratōe notādū ē. ꝙ q ↄſiderat vnū oppoſitoꝝ ↄſiderat ⁊ reliquū. vt habet̄ a Pho. i. Po. ⁊. i. de aīa. ſimilr̄ ⁊ i topicis. quia oppoſitoꝝ eadē ē diſciplina. vt ait Phs. i. Topi. ix. Metha. Et i. d̄ aīa. Rect⁹ ē iudex ſuijpſius ⁊ obliq. viij. q. i. c. Sciendū. ⁊. ff. q̄ ſunt ſui vel alieni iuris. l. i. in principio vbi dr̄. Cognito q̄s ſit ſui iuris cognoſcit̄ quis eſt alieni. Et inſtituta eo. ti. i pncipio. ⁊. ff. Qui ſatiſdare cogant̄. l. Sciēdū in fine. Et iō cognito iā qd ſit ſacrilegiū p ſuam diffinitōeʒ. oportet cognoſcere ei⁹ oppoſitū. qd ē religio. Religio vt īquit. ſ. Tho. in. xxij. q. lxxxi. Eſt ꝟtus reddēs debitū honorē ⁊ reuerētiā deo. ad quē ordinat̄ hoīeʒ. vt eſt primū principiū creatiōis ⁊ gubernatōis reꝝ. Et Tulius i ij. Rheto. dicit. Religio eſt q̄ cuidā nature. quā diuinā vocāt. cultum cerimoniāqʒ affert. Tūc ſic. Illō qd opponit̄ ꝟtuti religiōis ē pctm̄ mortale. q: vt Phs dic̄ i. ij. Ethi. ⁊ in poſt predicamētis. Virtus ⁊ vitium ſunt oppoſita. Sed ſacrilegium opponit̄ virtuti religionis. vt īquit. ſ. Doc. xxij. q. lxxxix. ar. iij. Ergo ſacrilegium eſt peccatuʒ mortale. ¶ Secūdo ratione decapitationis. ſic. Nullus debet decapitari niſi pro peccato mortali iuridice ꝓcedendo. Sed qui cōmittit ſacrilegium debet decapitari. Nam dicit Ray. ⁊ tāgit. ſ. Doc. xxij. q. lxxxix. ar. ij. ꝙ ſi atrox iniuria fiat perſone eccleſiaſtice. pena eius eſt decapitatio. C. de epis ⁊ clericis. l. Si quis. Alias iudicis reſeruatur arbitrio moderāda ꝑ qualitate perſone ⁊ rei ⁊ loci ⁊ temporis varietate. ff. ad l. Iuliā. peculatus. l. ſacrilegij. Et Gratianus xvij. q. iiij. Si quis ſuadente diabolo. parapho ſequēti. Qui loco vel cultui ſacerdotibus vel miniſtris aliquid iniurie importauerit ad inſtar publici criminis ⁊ leſe maieſtatis accuſabitur. Et conui-

tus ſiue confeſſus capitali ſenten-tia a rectoribus prouincie ferietur: ſicut in primo libro. C. legitur titulo de epiſcopis ⁊ clericis. l. Si quis in hoc genus ſacrilegij. ⁊. ff. ad. l. Iuliã. repetundarum. l. vltima. Unde Damaſcenus libro tertio dicit. Purpura regale indumentum facta: honoratur ⁊ glorificatur. Et quis hãc perforauerit: morte damnetur: quaſi contra regem agens. Ita etiam ſi quis rem ſacram violat ex hoc ipſo cõtra dei reuerentiam agit: ⁊ ſic per irreligioſitatem peccat. ergo ſacrilegiũ eſt peccatum mortale. ℭ Tertio ratione ſuperationis. ſic. Sacrilegium ſuperat peccatum fornicationis: habetur enim in decretis. xvij. q. iiij. c. Sicut. vbi ſic dicit papa pius. Sicut maius peccatum eſt quod in deo committitur: quam quod in homines: ſic grauius eſt ſacrilegium agere quam fornicari. ergo ſacrilegiũ eſt peccatum mortale.

SEcundo principaliter ſacrilegij conſiderare debem⁹ malignationem. Malignitas huius vitij peſſimi attenditur ſecundum quadrifariã punitionẽ: qua deus ſeueriſſime legitur puniſſe nepharios ſacrilegos: quattuor ſunt namque genera hominum in hoc mundo viuentium.

ℭ Primi ſunt pagani.

ℭ Secundi ſunt iudei.

ℭ Tertij ſunt chriſtiani.

ℭ Quarti ſunt heretici.

ℭ In quolibet iſtorum genere: qui ſacrilegium cõmiſerunt: acerrime fuerunt puniti atque exterminati. Antiochus enim rex pagan⁹ ſacrilegus maximus prophanauit ſacrum templum dei ieroſolimis adeo quod plenum erat luxuria ⁊ comeſſationibus ⁊ ſcortantium cum meretricibus. Ultro ſe mulieres ingerebant facientes iniuſque non licebant: vt habetur. ij. Macha. vi. c. Sed non euaſit impunitus rex impius ⁊ ſacrilegus nephandiſſimus de tanto perpetrato ſacrilegio. Nam in itinere conſtitutus cecidit de curru ſuo ⁊ colliſus portabatur in geſtatorio: plenus doloribus ⁊ torſionibus viſcerum: ⁊ repletum eſt corpus eius vermibus: ⁊ adeo fetebat: vt toto exercitui intolerabilis eſſet. Et quod plus eſt nec ipſemet tolerare poterat ſuum fetorem. Et ſic corporaliter ⁊ eternaliter mortuus ẽ in maximis doloribus: vt habetur. ſecundo Macha. ix. Nonne Nabuchodenaſor propter ſacrilegiũ cõmiſſum i tẽplo ⁊ reb⁹ ſacris

